

S. Hilarius in Pf. 35. Eusebius in Pf. 23. Porro Anaximenes, ait Plutarchus, censuit, terram aere vectari, cui incumbit: idque verisimile inuunt S. Basilus, Ambrosius, Damascenus: qui id colligunt ex illo. Job 26. 7. qui appendit terram super nihilum. Verum utrumque confutat hic Salomon: to enim stat significat, terram firmam consistere; & subsistere aquis, aeri, coeterisque elementis, velut basium, & centrum Universi. Cornelius hic.

Non fundamentis suis nixa subsistit, nec fulcris suis stabilis perseverat: sed Dominus statuit eam, & firmamento voluntatis suae continet: quia in manu eius omnes fines terrae. S. Ambrosius l. 1. hex. c. 6.

Terra ducit meatus fluminum; quibus pignora sua, quasi pia mater, plenis lactat uberibus. S. Ambrosius ep. 42.

S. Anselmus in elucid. arbitrat, post dicam Iudicium terram totam, instar paradisi terrestriis, floridam permanfuram: eò quòd Corpus D. N. J. C. exceperit, ac portaverit; totque Sanctorum Martyrum sanguine irrigata fuerit: Doultreman de amore l. 4. Sect. 3.

Terra, secundum veriorum sententiam geographorum, continet in ambitu 19080. milliaria; & profunditas usque ad centrum plus quam tria milliaria. Lessius de perfect. div. omnipoten.

§. II.

Terrae fertilitas.

Omnes reges triginta annis. Jos. 12. 24. Notat S. Hieron. ep. ad Dardanum, terram promissionis in longitudine continere centum sexaginta milliaria passuum, five centum sexaginta milliaria Italica: latitudinem sexaginta milliaria passuum. Ergo angustior erat Italia, imò & Belgio. Quare, tot in terra tam angusta dominari regulos; totque alios in ea superesse populos; arguit mirabilem olim fuisse soli illius ubertatem; meritoque vocari terram lacte, & melle manantem. Cor. hic.

Ager Damascenus, ubi asserunt Adam à Deo plasmatum, & hinc translatum in paradysum terrestrem: habet terram rubram, & mirè tractabilem; quam Saraceni transferunt in Ægyptum, Indiam, Æthiopiã, card vendentes. Habeturque fama constans, terram hanc talis esse virtutis, ut eam gestantibus nulla incommoda noceant: unde & aliqui abutuntur in varias superfusiones. Joan. Nieremb. l. de mir. nar. terrae promissae c. 17.

Rex Peruanus in una arce tantum habuit thesaurorum, ut ad deferendum modò aurum, & gemmas vix sexcenti elephantes, totidem equi sufficerent. Taceo de argento, cortisique metallis, tanquam de rebus nullius pretii. Nicolaus Pimenta de statu rei Christ. in India Orient.

§. III.

Terrae motus.

Terra mota est. Matth. 27. 51. Tota; ita ut totus globus è centro suo convulsus, & concussus sit. Hinc etiam mare horrendis fluctibus infonavit, aestuavit, & exundavit. Porro non solum Jerosolymis, ait Baronius A. C. 34. n. 107. sed & in plerisque aliis orbis partibus, scissos montes eodem terrae motu, incolae firma traditione testantur. Scissas tunc esse petras montis Alvernæ, revelavit Angelus S. Francisco ibidem oranti. Cornelius hic.

De motu terrae ita discurrebat Gabriel Valquez in l. 2. t. 1. Disp. 18. c. 11. 20. Notanda est doctrina Archimedis: terram, & omnia gravia, quae ipsi terrae inniuntur; ita efficere corpus unum, quod attingat ad gravitatem; ut ponderibus suis librentur. Terram autem, & coetera gravia, quae terrae inniuntur, ita gravitate sua tendere, & appetere conjungi centro indivi-dui, magnitudinis totius Mundi; ut, quamvis alteri corpori gravi inniuntur, & ab eo detineantur, nè penetrent, & conjungantur cum centro; ipsa tamen gravitate perpetuo ad hoc conentur: ac proinde imprimant corpori sibi subiecto impetum, quò nitantur deorsum tendere, ac corpus sibi subiectum impellere, ut si ipsis cedat loco. Apud Cornel. in Eccl. l. 4.

§. IV.

In terra nè habitet.

Loca nobis transire per terram suam. Num. 20. 17. Dicebant Israelitae ad Edom. Sic Religiosi, ac spirituales viri, per terram solum transitum, non commemorationem petunt. Elcobar e. 3. Coll. Chr. l. 6. Obf. 6. Felix talis transitor Mundi de habitantibus terram. Hugo Card. in Gen. 4. 31.

Egreditur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terrae. If. 26. 21. Sed quod piaculum, homines sedem in terra habere? Minas intendit Iudex, ait Procopius, quas non in advenas, sed in terrae habitatores emittit: qui praesentis tantum saeculi voluptate delectati, ejus boni, quod futurum est, spe abjecta, edamus; ajunt, & bibamus. Hinc tam tristes voces volantis aquilae Apoc. 8. 13. vbi vbi habitantibus in terra! S. Am-

brof. hic: non omnes homines comprehendit: sunt enim in terris positi, quorum conversatio in caelis est; sed eos, quos terrenae conversationis affectus, & hujus saeculi gratia vicerit, Velloso in Judith. 1. Parzen. 4. vbi vbi vbi! Apoc. 8. 13. Ter dicit vbi, propter illatritia. 1. Jo. 2. 16. omnes, quod est in Mundo. Hugo Card. in Gen. 12. 1.

Surgite, & ite: quia non habetis hic requiem. Mich. 10. Jubemur, in nullis Mundi rebus putare nobis requiem; sed ad sublime tendere. S. Hieron. apud Elcobar cit.

Ego terram calcare didici, non adorare: non est enim mihi fas unquam rebus inanimatis credere spes animae. Clem. Alex. orat. adhort. ad Græcos.

TITULUS VIII.

TERRENA.

§. I.

Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Dispersus est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. Ex. 5. 12. Quod verò ad Salutem animarum, granum; quod melius est. Quod temporale est, palea est; cum sit transitorio. B. Humbertus f. 69. ad Studentes in Jure Canonico.

Super flumina Babylonis cum recordamur Sion. Pf. 136. 1. Flumina Babylonis fluit omnia, quae hic amantur, & transeunt. O Sancta Sion! ubi totus stat, & nihil fluit. Quis nos in ista praecipitavit? quare dimissimus Conditorum tuum, & Societatem tuam? Ecce in Babylonia pulchra fuit, quae tenent, non te teneant, non decipiant. Aliud est solutum captivorum, aliud gaudium liberorum. S. August. hic.

Si impiger fueris, veniet; ut fons, messis tua. Prov. 6. 11. Fructus terreni, quos metimus, non fontem comparatur, sed cisternam: quia ad tempus pascunt colligentem, & in tempore deficient. At qui impiger fuerit pro coelestibus laborare divitiis, hujus messis ut fons adveniet. V. Beda hic.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. 1. 1. Ut indicet perpetuam durationem bonorum, quae desiderat. S. Bernardus l. 9. in Cant. temporalia sunt instar vini ab avis expressi, quod non amplius crescit, & usque manent arida, nec habent, quod denuò exprimat. De Ponte hic Exh. 9. §. 2.

Me derisiverunt. Gen. 1. 13. Verè cisterna dissipata honoris; cisterna perforata voluptas, divitiarum, & omnium prosperitas Mundialis. Non valet aquam continere: tri duo placet, & statim evanescit omnis illa consolatio; & fastidit, & displicet. S. Thoni. Vill. f. D. 3. Quadr.

Eras in proximo dies festos Judaeorum. Icanopogia. Joan. 7. 2. quod est, fixo unbrarum, seu tabernaculorum. Umbra longior est vespere: sic amor temporalium, sole gratiae occidente, crescit: vel quia cupiditas major est in senili ætate. Et nota: quod unbræ illæ ad literam se habent de falicibus infructuosiss; per quas bene significantur temporalia. Hugo Card. hic.

Mittis in dextram navigii rete. Joan. 21. 6. Illi mittunt rete, & piscantur ad sinistram; qui, quidquid faciunt, faciunt ad habendum temporalia; ut divitias, honores, & dignitates. Sylveira c. 6. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Quid sunt terrena omnia, nisi quaedam corporis indumenta; qui ergo contra diabolum ad certamen properat; vestimenta abiciat, nè succumbat. S. Gregor. hom. 32. in Evang.

Dulcedo hujus saeculi ad tempus fauces indulcat; sed in magnam postea amaritudinem convertetur. S. August. in Pf. 123. Omne studium hominum, quod versatur in istis, quae ad vitam pertinent, est planè puerorum ludus in arena. Nam simul atque à labore cessatum est, simul arena collapsa; nullum relinquit vestigium eorum, quae fuerunt elaborata. Hæc est humana vita. Arena est ambitio, arena est potentia, arena divitiarum, arena est, quidquid ex istis, in quibus magno studio per carnem fruimur. S. Gregorius Nyss. hom. 1. in Eccl. l. 1.

Propterea luctatores pulverem adversarii conantur aspergere, ut olei levitatem injecti pulveris exaperent; atque ita facilius eos apprehendere valeant. Jam quod illic est pulvis, id in nostro certamine, est terrenis in rebus occupatio. Et quod illic est oleum, hic est quietis studium ab omni sollicitudine vacuum. S. Nilus lib. Alcei.

Per capillos saepe bona terrena solent intelligi: quod figuratur in tonsura Ecclesiastica. Unde & Levite tempore oblationis suae raserunt omnes pilos carnis suae. Blesensis ser. 4. de B. Lucia.

§. II.

Terrena spemntium Symbola.

Sunt Aquila.

Aquila in arduis ponit nidum suum. Job 39. 27. In arduis habet nidum, qui in supernis figit consilium; non vulg mentem in ima dejicere, non in infimis habitare. Diez. Contemplatio.

Qui sperant in Domino assument pennas sicut aquila. Ps. 106. 31. Aquila, si quando in terram descendit vultus causa, statim iterum advolat in sublime. Locusta autem, vix facit unum volatum; cum itatim iterum in terram decidit. Sic contemplantur coelestia iustus, & peccator. Diez D. 2. Quadr.

Vani, & fatui, remisso, & languente, volatu (qui mularum instar res hujus vite tenues, & exiles, circumlambunt) implicantur, & illigantur, quasi retibus quibusdam: deliciis, inquam, honoribus, gloria, variisque cupiditatibus, velut quibusdam araneorum texturis, involvuntur: praeda, & efca, facti illi feræ, quae per hæc talia venationem instituit solet. At si quis aquile naturam præditus, acutiis ad lucis radios intentum mentis oculum convertens, seque ipsum in altum vibrans, in hujusmodi araneorum telas incidit; sola aura, & impulsu pernicis volatus, soloque alarum impetu, quidquid occurrit, dispiciat, & disjiciat. S. Gregor. Nyss. tr. in Psalmos c. 8.

Maximilianus II. pinxit in Symbolo Aquilam in nubibus volantem; humi verò coronam, gladium, hastam, Mundum, cum lemmate: Nil humana moror, dum super astra feror. Caustinus l. 6. Symb. 20.

Aquila. Lem. Nec obscura, nec ima, Justorum animæ Aquilis comparantur; quòd alta petant, humilia derelinquant. S. Ambros. l. 3. in Luc. Picinelli.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis. Gen. 1. 6. Sic firmamentum coelum appellatum est, ex eo, quòd dividat inter eas aquas, quae super ipsum, & eas, quae sub ipso, sunt: ita & homo, qui in corpore positus est; si dividit potuerit, & discernere, quae aquae sunt superiores super firmamentum, & quae sub firmamento sunt; etiam ipse coelum, id est, coelestis homo appellatur. Origenes hom. 1. hic.

Producat terra jumenta, & reptilia, & bestias terra. Gen. 1. 24. Per quae significantur illa tria i. Joan. 2. 16. omnes, quod est in Mundo. Hæc tria de terra oriuntur: quia de amore terrenorum universa malitia ortum habet. Per reptile significatur cupidus, qui circa terram reptat: per jumenta luxuriosus: per bestias superbi. Hugo Card. hic.

Cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est. Gen. 8. 9. Vide, quomodo te pungat Deus; quocumque te extra eum extenderit per concupiscentiam in creaturis; tanquam nutrix pueri brachium extra cunas, nè pereat frigore. Proprius illæ sit Deus, nè inveniat, ubi requiescat pes nentis tuæ: ut saltim coacta, à animal redeas ad arcem, sicut columba Noe. Hugo confid. de tranquill. animi p. 14.

Ascendebat ad confortes ovium suarum. Gen. 38. 12. Vellera sine læsione tolluntur ab ovibus; sic temporalia à viris Sanctis sine omni dolore, & tristitia tolluntur. Hugo Card. hic.

Solve calcamentum de pedibus tuis. Ex. 3. 5. Illa Moysi deposita calcamenta hoc significabant: quia nullus dignè Deum videre potest; nisi qui cuncta terrena, & mortalia vitia deponit. V. Beda hic. Quare Moyses iustus est calcamentum solvere? ut sollicitudines secularis abjiceret huic mortali vitæ adherentes. Theodorctus q. 7.

Et venit mulca gravissima in domos Pharaonis. Ex. 8. 24. Israelitica anima Sabbatizat; dum, remota à negotiorum secularium strepitu, lætionibus, & orationibus vacat. Ægyptiaca verò mularum ingruentium infestatione percellitur; dum terrenorum actuum inquietudine delectatur. Quid est enim in hac vita laboriosius, quam terrenis desideris situare? quid quietius? atque suavius? quam hujus saeculi nihil prorsus appetere. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 5. Christiano spirituale Sabbatum agere est; à laboriosa rerum temporalium cupiditate quietere: solis orationum, & lætionum, studii insudare; secularium negotiorum pondus de mentis cervice projicere; ad contemplanda coelestia tota cordis intentione vacare; carnis oblectamenta contemnere; de sola spe coelestium spiritualium jucunditate gaudere. Ille porro Sabbatum Domino vacat; qui sic ab his, quae Mundi sunt, operibus vacat; ut à spiritualibus tamen actibus non quietat. Idem l. 4. ep. 16.

Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea: de speravi magnaniam; ultra jam vivam. Job 7. 15. q. d. suspensum sum à terrenis, mortuus Mundo: jam non habeo spem in terrenis; ultra non revertar ad Mundum nec mente, nec opere. Hugo Card. in Gen. 31.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Sicut illium inter spinas. Cant. 2. 2. Sola illa animalium candorem habet, quæ necessarius tantum vite contenta, ad coelestem pulchritudinem, candore animi, & corporis munditia, aspirat. Philo Carpathius hic.

In lecula meo per nates gustavi, quem diligite anima mea. Cant. 3. 1. Anima, quæ Deum querit, & ad Dei dilectionem, & cognitionem, plenius peringere cupit; in leculo hunc querere debet, id est, in quiete mentis. Vacare enim debet, & quietere ab occupatione, rerum terrenarum. Richardus à S. Vict. in Cantica c. 1. Bona nox, quæ prudenti oblivione dissimulat omnia temporalia; ad illum, qui æternus est, querendum, tempus expediens, & explicans occasiones. Gilbertus l. 1. in Cant.

Ferulum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Cant. 3. 9. Cur non de arboribus? ligna jam nullum terrenum fugunt succum. Anima à terrenis separata, est sedes Dei. Incerto Authore.

Capilli tui sicut greges caprarum. Cant. 4. 1. Graciles, & spiritualibus extenuati disciplinis, pene sine corpore sunt, & penitus sine carne; ad omnem insensibiles injuriam; ut nec tendentis instrumenti sentiant læsionem; in hoc tantum sufficientes passionis molestias, si à capite, cui inhaerent, contingat evelli. Reliquo enim emortuo corpore, vitalem illi tantum sensum retinet; ubi capiti, de quo oriuntur, junguntur. Gilbertus l. 2. in Cant. Hoc ergo magnum sponse clogium: abhorreere solum à capite suo Christo separari; coetera despiciere. Naxera in Jos. 17. §. 12.

Statua tua assimilata est palma. Cant. 7. 7. Sicut palma, teste Plinio l. 13. c. 4. frugifera non est, nisi in solido fervido, nitrofo, aut salso; ideoque videtur proceritate sua terram despicere, & coelum appetere, ac recta èd confendere, vixque humi radicibus nitit: quia ibi nihil invenit, nisi infimum. Sic & viri Sancti mentem habent defixam in caelo; ideoque terrena illis omnia desipiunt; ac Crucem Christi amant; in eaque radicibus agunt, nutriuntur; & crescut usque ad coelum; ad quod anhelant. Cornelius hic.

Populus meus pendebat ad occidentem meum. Os. 11. 7. Pulchrè anima, & proprie pendebit, tanquam inter coelum, & terram: ut, licet adhuc apprehendere coelestia non valeat, non velit tamen tangere terrena. Et si aliquando tangit, non nisi summis articulis, id est, extremis partibus animæ: propter necessitatem scilicet corruptionis nostræ; cui cogimur servire. Guaricus l. 1. de Adv. Dom.

Lepus. Lem. Ascensu levior. Lapidis Sancti elevabantur super terram. Zach. 9. 16. Lapidès sancti voluntur super terram, instar rotarum, paululum tangentes humum, & volubilitate sua ad coelestia testinantes. S. Hieron. Picinelli.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Filius tonitrui. Matc. 3. 17. Esto filius tonitruu. Dices: quomodo possum esse filius tonitruu? Potes esse: si non in terra; sed pectore Christi, recumbas. Potes esse filius tonitruu; si terrena non moveant; sed ipse potius ea, quae terrena sunt mentis tuae virtute concutias. Tremat terra; non capiat; vereatur caro potestatem animi tui, & concussa subdat. S. Ambros. l. 7. c. 40. in Luc.

Sedebat supra fontem. Joan. 4. 6. Si interdum quietere volumus, sedeamus super fontem. Fons iste, five puteus, abundantia est, & profunditas terrenorum. Fons est emanatio, est delectatio; est fons iste profunditas naturalium, & humanarum, scientiarum. Super quem fontem oportet super federe, non subjacere. Non subjiciatur defectibus amor: non enim quieter subactus, atque agitated calcantibus, equus; super fedens verò quietit, aut fertur. Aut res non deserunt, aut ipsas deserimus. Si deserunt, in adiutorio sunt: si deserimus, corpora, & corda gravant. Sim. Cass. l. 4. c. 9.

Luna sub pedibus ejus. Apoc. 12. 1. Hoc dici potuit de prima Ecclesia; dum ad pedes Apostolorum jacebant tota patrimonium Fidelium. Nè nunc Planeta ille, Symbolum terrenorum, atenat in caput; nec divexet tyraniam instar cogitationes Praesidium, & affectiones animi. Apostolico Saeculo curæ postremæ erant de patrimonio: hodie primariæ convertuntur circa reditus, & dominia. Oliva t. 2. conc. 19. die Ven. 6. in Quadr. Luna sub pedibus, id est, temporalium bonorum claritas sub administratione ejus. Sanct. Rupertus l. 2. comment. in Apoc. Hoc ergo laudi est SS. Patribus; quòd divites quidem fuerunt, sicut sacra historia tradunt; sed ipsas divitias non passi sunt affectibus dominari: sed ipsi dominati sunt divitiis, dispensando; ut poscebat usus privatus, ac publicus. Arcones in If. 1. Disc. 2. Luna sub pedibus, id est, mutabilitas bonorum temporalium in contemptu ejus. S. Rupertus de oper. Spir. S. c. 14. Habet Ecclesia lunam sub pedibus: quoniam cuncta terrena, & transitoria, & mutabilia, despiciens, & pro nihilo ducens; sola coelestia concupiscit. S. Euseb. Emis. D. 3. Pasch.

Rotam modico quodam vestigio stat in terra; & non solum stat, sed quasi percurrit: non stat, sed tangit; & praeterit: denique,

nique, cum voluitur; ad altiora transcendit. Ita & sanctus vir, quoniam in corpore est, necessitatem habet, aliqua de terrenis cogitare: & quando venerit ad victum, & vestitum; his contentus erit; & tangens terram ad altiora festinat. S. Hieron. in Pf. 76.

Corporalis saltus est, totum corpus a terra suspendere: spiritualis saltus; spiritum, & totum, quod spiritus est, a terrenis alienare. Corporalis saltus est, terræ tactum, usquequaque deferere, & totius corporis membra per inane librare: spiritualis saltus est; mente excedere, & in finibus in imo relictis, in invisibili contemplatione totum transire. Richard. à S. Vict. in l. f. 113.

Attende, quàm sit omnino, & cum omni admiratione, stupendum: quòd corpus de terra sumptum, terram ad tempus dato saltu deferere, & supra semetipsum ire: spiritus vero spiritualis, & incorporea natura, à corporeis, & terrenis, vel ad modicum separari non potest. Idem ibidem.

Aves paradisi rerum terrenarum despicientiam nos docent; hæ quippe, si Gesnero, Aldrovando, aliisque, fides, in terra, nisi mortuæ, non videntur; nec corruptioni obnoxia sunt. Doultreman l. 1. c. 2. Sect. 5.

S. III.

Terrana spernendi motiva.

Num. I.

Nobilitas hominis, Sancta superbia.

Ex Veteri, & Novo.

Ferbatu super aquas. Gen. 1. 2. Ad id rationalem creaturam compellans; nè rebus, quibus ipsa nobilior, immò domina, constituta, velit male subijci per amorem. Consuevit enim amor hominem subijci rebus, quas diligit; qui soli Deo debet esse subiectus. Sim. Casl. l. 5. c. 1.

Fili hominum - ut quid diligitis vanitatem? Pf. 4. 3. Septuag. usquequo invidi mei ignominiam diligitis vanitatem? Chaldaus: usquequo honor meus ad visuperium? Aquila & Symmachus: usquequo gloriosi mei, seu, gloria mea? Vatablus: usquequo poterit, ac principis? Quò magis extollitur dignitas, eò magis exaggeratur iniquitas. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 6. Sect. 3.

Si filius Dei es, mitte te deorsum. Matth. 4. 6. O quam stulta hæc insano nimiumque perverta: quod utique si faceret Dominus, verè illum Dei esse filium comprobaret. Sed inimicus cœli, nè tentando quidem ascensum vult suadere cœlesti; deorsum, & in ima, provocat: quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. S. Maximus hom. 2. de jejunio Quadrag. Qui se Dei filium credit; actu, vita, moribus, honestate, tanto generi respondeat, ne iterum ad terrana descendens ad ipsam tantum Genitori tendat injuriam. S. Chrysol. l. 68.

Nolite timere pusillus grex? &c. adjectic, quid faciendum sit regnatoris: Vendite, qui possidetis &c. Luc. 12. 32. 33. Non potest dominari omnibus, nisi is, qui propriis non tenetur. Dejectæ mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum. Jacens animus plebejus nummulum thesauris, regalis anteponit. S. Chrysol. ferm. 22.

Mitte illum in villam. Luc. 15. 15. Cum homo recedit ab urbanitate cœlesti, merito villanus in terrenis efficitur. Sim. Casl. l. 6. c. 16.

Ex Patribus, & aliis.

Magni, & excelsi animi est despiciere, & calcare mortalia. Lactantius l. 6. inlt. div.

Ipsi sibi renuntiant, seque hominum nomine abdicant; qui non sursum aspiciunt, sed deorsum: nisi forte, ad ipsum, quòd recti sumus, sine causa homini attributum putant. Spectare nos cœlum Deus voluit; utique non frustra. Idem l. 2. div. inlt.

Dejicit se de culmine generositatis suæ, qui admirari aliquid post Deum potest. S. Cyprianus l. de spectaculis.

Mox, atque dixisti, Pater noster, qui es in cœlis. Matth. 6. 9. excitavit te hoc verbum, & mentem tuam alacrem reddidit; ostenditque te habere Patrem in cœlis; nè facias, quidquam, nec dicas, eorum, quæ sunt super terram. In ordinem illum superann constituit te, & choro illi cœlesti adjudicavit: quid te ipsum ad ima dejicis? S. Chrysol. l. 14. in c. 4. ad Ephel.

Agnosce ò Christiane dignitatem tuam; & divinæ confors tactus naturæ, noli in veterem civitatem degeneri conversatione redire. Memento, cujus capitus, & cujus corporis sis membrum. S. Leo l. 1. in Nat. Dom.

Homo! quid commune cum terris tibi, qui confiteris, tibi genus esse de cœlis? Ergo cœlestem vitam monstra in habitatione terrena: quia, si quid in te gesserit terrena cogitatio, cœlo maculam, cœlesti generi injuriam intulisti. S. Chrylogolus l. 71.

Quis de victu, quis de vestitu, quis de plebeo censu, & vernalis cœspitis vilitate, suspirat de regno certus? de dominatione securus? Satis sibi invidet, qui, elevatus ad summa, ipse se ad humilia dejicit, ad egea deponit. - Quid cum terra illi, qui possidet cœlum? quid illi cum humanis, qui adeptus est jam divina? S. Chrylogolus f. 25.

Superbiat, ò pauperes! superbiat, ò humiles! anima vestra glorians in humilitate sua; omnemque altitudinem hujus Mundi longè, sed pedibus jacentem despiciat; indignumque judicet gloriæ suæ, ad concupiscentiam vilis prædæ suam ulterius majestatem inclinare. Quid? jam jam tollenda est in cœlum; & nunc te demum mergeres in cœnum? Te præsolatur Camum Sanctorum; & præponeres societatem demoniorum? Guarricus ferm. in solenn. OO. SS.

Nihil rectè æstimat, qui seipsum ignorat. Nescit, quòd sub pedibus suis omnis mundana gloria jaceat; qui conditionis suæ dignitatem non pensat. Neicite; quid de spiritu angelico, quid de spiritu divino sentire debeat; qui spiritum suum prius non cogitat. Richardus à S. Vict. l. 3. de arca myst. c. 6.

Si audieris, Pater noster, arripe generosum nobilemque, contemptum omnis fode rusticitatis tu, qui tam Regio Patre gloriaris. Dispicat tibi aque gemas exilium; cui cœlestis hæreditas filiationis titulo, cujus Pater in cœlis est, reservatur. Gerlon. de myst. Theol. confid. 5.

Ponam te in superbiam sæculorum. Isa. 60. 15. ait Dominus de Jerusalem nova. Assumit utinam! mens nostri cordis hæc superbiat; aut nulli dignetur intendere, nulli jungi, nulli inherere, nisi uni soli, quod est necessarium, optimum, æternum & summum. Idem tr. 7. sup. Magnif.

Indignum planè omnino & absurdum est; ut prænobilis anima, deputata sponsi cœlestis amplexibus; obita suæ originis, & illius, cujus imago est; ad mechanicos rapiatur affectus. Blesensis ep. 138.

Similes sumus iis rusticis, qui nihil civile unquam experti, si forte in urbem introducantur, jubenturque principis alicuius mensæ adire, at etiam inter primates versari, atque honesto inter eos loco esse, facile ista recusat, nihilque illis longius videtur: quàm ut inde recedant, atque ad rusticæ negotia revertantur. Similimè nos cœlestem Republicam negligentes, terrenarum harum rerum duntaxat rusticitatem sectamur. Idolorum Clarius orat. 6. de S. Steph.

Sit in te Sancta quædam superbia, qua magni facias in te, quod deceat; agnoscendo tuam nobilitatem. Ama res nobiles, id est, spirituales; juxta nobilitatem, quam indidit Deus cordi tuo generoso; cum te creavit ad imaginem, & similitudinem suam. Gloria major lilio, quàm Salomonis: Regina tamen Saba hæc non illam, est admirata: in veste picta vides hominum manus; in lilio manum Dei. Stella de cont. Pf. l. c. 44.

Sicut ex parte corporis humiles esse debemus; terra enim sumus ita considerata anima excellentia, quædam sancta in nobis debet esse arrogantia; & spernere terrena, quæ sunt indigna anima. Idem in Luc. 2.

Ludovicus XIII. Gall. Rex, adolescens perquam addidus vixit avibus: sed ut primum regnum aggressus esset, hæc a suis curis in libertatem remisit, dicens: jam aliquid supra aves cogitandum est. Mafen. l. 2. argut.

Num. II.

Terrana etiam malis obveniunt.

Det tibi Deus de rore cœli. Gen. 27. 28. id est, spiritualium abundantiam, Et de pinguedine terræ, id est, temporalium affluentiam. Elau post dicitur. Det tibi Deus de pinguedine terræ quam principaliter affectabat. Hugo. Card. hic.

Elau, quem Dominus reprobaverat, incedebat cum quædringentis viris. Gen. 33. 31. Jacob in baculo suo transeunte Jordanem Gen. 32. 10. Malo pauca cum puritate conscientie quam dignitates innumeras cum verme, qui non moritur, possidere. Blesensis ep. 20.

Negantur Electis in hac vita bona terrena quia & agris quibus spes vivendi est, nequaquam à Medico cuncta, qui appetunt, conceduntur. Dantur autem reprobis bona, qui in hac vita appetunt: quia & desperatis agris omne, quod desiderant, non negatur; S. Gregor. mor. l. 21. c. 42.

Temporalia bona sunt quasi ossa convivi paradisi in Mundum missa. Sapè enim malis divitibus, & magnis hominibus quasi canibus, projecta. Et tamen, sicut canis non daret os, quod rodit, pro Imperio, vel Papatu; sic impius dives non daret bona temporalia pro tota gloria sempiterna. S. Bernardus tr. 1. f. 21.

Universe creature mœx, seu fragmenta quædam, sunt quæ ex mensa Dei ceciderunt. Unde merito canis appellatur, qui creatur passitur. Pf. 58. 15. famem patiturur ut canis. Ex. operib. myst. V. P. F. Joannis à Cruce, lib. cui tit. ascensus mentis Carmeli c. 6.

B. Angela de Fulgino dicere solebat: temporalia bona, & fortunæ, honores, esse panis micæ, quæ cadunt de mensa Domini.

Domini: Cruces verò esse delicatos opipari convivii bolos; qui & fortibus Dei inimicis apponuntur. Ex libello, cui titulus, solus Deus Auth. Boudon.

Deus. Divitiæ Prosperitatis.

Num. III.

Terrana semper aliquid deest.

Ex Veteri.

Inimici ejus terram lingunt. Pf. 71. 9. quia peccatores, divitiarum suavitatis fonte spreto, terram voluptatis lingunt ut canes jus supra terram esulum. O cœci, nonne orbis terrarum & quicquid in eo est voluptatis, gaudii, & honoris, tanquam momentum stateræ coram Deo est? Sap. 11. 23. Quid ergo lingitis terram stulti? cur non magis ad Deum fontem aque vivæ acceditis? Amatores terrenorum dicuntur lingue momentaneas, quia non inveniunt in eis, unde satisfiantur. Nunquid lingendo panem, aut aliquem cibum, potest quis satiare? Diez Desideria Sancta.

Vanitas vanitatum. Ecclesiast. 1. 2. Quæres: quæ, & quot, in Mundo, rebusque omnibus creatis, sint vanitates? Resp. esse multas, & penè innumeras; sed illustriores sunt duodecim contrarias tandem veritatibus, verifiquè bonis in Deo, & cœlo, existentibus; quæ inspectores movent ad sui contemptum, & Dei amorem. Prima est exiguitas: quòd omnis creatura, & creata voluptas, sit modica. Omnis enim creatura modicum esse accipit à Deo, ac consequenter modicum boni: nec ulla creatura se totam homini communicat; sed juxta suas qualitates: hæ gustum, illæ visum, &c. recreant. Hinc opponitur immensitas Dei, omniumque ejus honorum. Sperne ergo delicias modicas, & fructe Deo, qui est mare deliciarum. Sperne opes terre modicas, & cape regnum cœlorum. Secunda est vilitas: quia omnis creata voluptas, præterit carnalis, terrea est, vilis, fordida, indigna creatura rationali. Cum in creata, quæ est in Deo, sit cœlestis, sublimis, angelica, & divina. Amas aurum, & argentum? Scis, quid amas? amas terram rubram, & albam, ait S. Bernardus. Amas purpuram, byssum, & margaritas? Scis, quid amas? amas excrementa piscium, concharum, & vermium. Amas lautas mensas? Scis, quid amas? amas cadavera porcorum, vitulorum, anserum, &c. Amas puellam? faccum fœcorum amas. Tertia est insatiabilitas. Divina mentem satiant, & explent omne hominis desiderium. Quarta est Brevitas. Divina perpetua, & æterna. Quinta est infirmitas: quòd omnis creata voluptas sit fluxa, nec habeat consentiam; sed consistat in continuo motu, & fluxu. Divina verò semper in eodem statu permanet. Venaris opes, delicias, gloriam? venaris ventos, insequeris umbram, ædificas in arena. Sexta est falsitas: quòd nulla creata voluptas sit sincera, pura, mera, & liquida; sed multo molestis, doloribus, & amaritudinibus permixta. In Deo est purum æternumque gaudium; mel sine felle, vinum sine aqua. Septima est insensibilitas: quòd omnis creata voluptas animam non pervadat; immò in se non attingat; sed tantum corpus, sensusque afficiat; & per eos animam obiter perstringat. Divina verò voluptas ipsam animam occupat, pervadit, & replet. Octava est infidelitas: quòd omnis creatura infidelis sit; sepeque spem, quam promittit, non præstet. Deus autem fidelissimus est; immò sepe plus dat, quam promittit. Nona est incertitudo: quòd omnis creature voluptas sit incerta. Quàm sunt divitiæ incerte, quæ à fure rapi, incendio comburi, à mari hauriri possunt! Quàm sunt honores incerti! tam incerti, quam homines, hominumque voluptates à quibus pendunt. At divina voluptas, divitiæ certissimæ, quæ sui non appropriat &c. Decima est fallacia: nam omnis creatura separabilis est; sepeque post unum annum, mensem, vel diem; & semper in morte ab amante separatur, eumque deserit. At divina inseparabilis est: beati enim in cœlo nunquam à summo bono suæque beatitudine, separari possunt. Undecima est infirmitas: quia omnis creata voluptas infirma est. Amas mulierem pulchram? morbo ecce corripitur, delescescit, sit turpis, abominabilis. Amas Deum? in incorruptibilis est, immortalis, & duodecima est pernicitas: creata enim voluptas noxia est; ducitque ad dolores, præsentis, & æternos. At voluptas divina est utilissima; ducitque ad gaudia sempiterna. Cornelius hic.

Ut comestis ex eis, & fructus parte sua. Eccl. 5. 18. Nota: parte sua; quasi nihil integrum liceat homini accipere ex creatura. Bæza tr. 1. l. 3. c. 8. §. 3.

Huius stans capus ex auro. Dan. 2. 32. Omnia Mundi regna aurea, argentea, ærea, congesta; ut complent vel unam hominis staturam: nec compleant tandem; nec omnibus his integratur natura humana; nisi supplete pulvere defectum metalli. Idem tr. 1. l. 1. c. 7. §. 32.

Num. IV.

Terrana sunt vana, nihil.

Ex Veteri.

Terra erat inanis. Gen. 1. 2. Aquila: terra erat vanitas, & nihil. Symmachus: terra erat vana, & indigesta.

Peperit Abel. 4. 2. Habel vocat, id est, vanitas, à radice habal, vapor in nihilum abiens. Unde Josepho lib. 1. antiqu. c. 4. Habel significat nihil hoc. Hac radice dixit Ecclesiastus: Habel, habalim, vanitas vanitatum. Velloso in Judith. 6. 19.

Ego sum, qui sum. Ex. 3. 14. Nota: sicut nomen Dei est esse; ita è contrario creaturarum nomen non esse: ut, si interrogetur homo, lapis, angelus; qui es? qui vocaris? respondere possit, & debeat: nomen meum est, non esse; ego vocor non sum; idque primò: quia omnis creatura habuit æternum, non esse. Secundo corruptibilis est; habebit rursum æternum non esse. Si corruptibilis, uti Angelus potest semper habere non esse; quia ipse esse esse in potestate Dei liberè ipsum conservantem. Tercio quia quilibet res creata plus habet non entis, quàm entis. Cornel. hic.

Nolite converti ad idola. Levit. 19. 4. Hebr. stilit, id est, res vanæ, nihili. Secundo elitit est diminutivum ab el, id est, Deus quæ fortis. q. d. deiculis forticulis.

Dixerat enim, non habeo filium. 2. Reg. 18. 18. Tres filios, & unam filiam habebat Abolol, ut ex 2. Reg. 14. 27. notant Lyran. Cajetan. Theodoretus. Quomodo ergo habens tres filios, crederetur monumentum dixit; non habeo filium? Rationem dat Theodoretus: quod filii non possunt diu durare. Merito despiciat filios, tanquam non essent; qui sciebant illos mortales. Bæza tr. 3. l. 14. c. 17. §. 5.

Vidi impium superexaltatum transivi; & ecce non erat. Pf. 36. 36. Non dicit, non est; sed non erat. Idem ibidem. Quo transivit David? ut tam citò ei evanesceret pompa? transivit mente ad contemplandum Dei gloriam. Elias Cretensis or. 3. Nazianz. ait: quid illud est, quod transiit, ut ista esset elatio? Cum videmus extolli impios, & in nimiam superbiam crescere; transierunt & nos mente, & intellectu, ab iis, qui videntur, & temporalia sunt; & transferamus intellectum nostrum ad æterna: & tunc omnis Mundialis altitudo corrui tanquam in nihilum. Sylveira in Act. 1. r. 8.

Vanitas vanitatum. Eccl. 1. 2. Hebr. nihil; & nihil; & omnia nihil. Aquila, Symmachus: vapor vaporum, & omnia vapor. Syrus. inanis inanis, & omnis inanis.

Ex Novo.

Petens aliquid ab eo. Matth. 20. 20. Dicendo aliquid, denotatur, illam cœlestia petisse: nam omnia terrena nihil sunt. Qui solem aspexit, & repente cubile intrat, nihil videt: Sic sapienti ex divinæ pulchritudinis contemplatione nihil cuncta videntur. Diez conc. 2. in festo S. Jacobi Ap.

Non habeo, quòd ponam ante illum. Luc. 11. 6. In nulla creatura fuit aliquando inventum, aut inventum in sæcula sæculorum; ut ante affectum suum ex semetipso possidet, quid apponat. Utinam omnibus esset nota imperfectio in hominibus latens! profectò ad omnino tebeferent, aut vram extollentia ignorant. Nemo sibi Deus est aut largitor bonorum. Sim. Casl. l. 6. c. 1.

Erat dives, & inducitur purpura, &c. Luc. 16. 19. Omnia dicit de præterito: significans, illum jam non esse, nec epulari, nec vestibus indui. O miser Munde! omnia, quæ in te sunt, divitiæ, honores, voluptates; merito possunt dici, jam non esse; cum tam citò transiitque sint. Ego Ecclesiastus fui Rex Israel.

Eriam Domine: nam & castelli edunt de micis. Matth. 15. 27. Chananea bonum creatum petebat; solam scilicet filiarum fami-

Israel. Eccl. 1. 12. Actus erat Rex; dicit autem sui, ut doceret, omnia, quae possidemus, tanquam praeterita aestimanda. Diez fer. 5. D. 2. Quadr.

Dilexerunt magis tenebras. Joan. 3. 19. hoc est, bona sensibilia, quae tenebrae appellantur: quia privata sunt lumine spiritus. Cajetanushic.

In domo Patris mei mansiones multae sunt. Joan. 14. 2. Merito ait Dominus suus: quae enim aeternum manent, ea solum sunt quae non manent, non sunt, & quasi non sint, debent reputari. Baeza t. 3. l. 14. c. 37. §. 5.

Relinquitur est; ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint. 1. Cor. 7. 29. Omnia terrena, tanquam non sint, censeferi debent. Cur ita? praeterit enim figura hujus Mundi. v. 37. Idem ibidem.

Ex Patribus, & aliis.

Omnia imaginaria in hoc Saeculo, & nihil sunt. Tertull. l. de cor. militis.

Lacrima Saeculi vanitas: cum magna expectatione speratur, ut veniat; & non potest teneri, cum venerit. S. August. tr. 7. in Joan.

Omnes istae felicitates, quae videntur, Saeculi, somnia sunt dormitium. Et quomodo, qui videt thesaurus in somniis, dormiens dives est; sed evigilabit, & pauper erit. Sic omnia ista vana hujus Saeculi, de quibus homines gaudent, in somno gaudent: Idem in Pf. 131.

Et inlaxi coetera infra te; & vidi, nec omnino esse, nec omnino non esse: esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem; quoniam id, quod es, non sunt. Id enim verum est, quod incommutabiliter manet. Idem Confess. l. 7. c. 11.

Quae sunt praesentia, sunt somnio nihil meliora. Sed quemadmodum, qui in somniis sibi videntur habere pecunias, licet fuerint regiae gazae, cum dies illuxerit, sunt omnium pauperum: ita etiam in vita praesenti, qui nihil illuc auferre poterunt, est omnium pauperimus: in somniis enim solum est dives. Si velis ergo nihil offendere divitem; tunc mihi offende: quando fuerit dies, quando in illam patriam recesserimus: nunc autem non potero discernere divitem, & pauperem. S. Chrysost. in Pf. 43.

Omnia, quibus in hac vita mortalium curae distinetur, inanis quaedam opinio sunt, nihilque subsistent: Opinio est honor, dignitas, generis claritudo, superbia, claritas, divitiae, & his similia; quibus vitae hujus arabi inhiant. S. Gregor. Nyss. tr. in Psalmos c. 7.

Vanum intelligitur, quod non potest consistere; quod in sola verborum prolatione suam habet essentiam. Idem. hom. 1. in Ecclesiasten.

Sed, si quidquid caelestia, & terrena, quae Deus creavit, & omnia valde bona; cuncta in vanitate consistunt: non utique sed comparata potentibus, illa minoria nimis, & inania iudicantur, sicut ait Hieron. Lucerna lampadis comparatione pro nihilo est. Lampas stellae comparatione non lucet: stellam Lunae confert; & caetera est: lunam soli junge: non rutilat: solem Christo confer; & tenebrae sunt. Sic omnia vana sunt; & quae, dum melioribus comparantur, fulgore proprio minuuntur. Sim. Cass. in Pf. 61.

Arias Montanus ait, omnia sublunaria esse similia ciphrae O, quae, si a solido numero separetur, nihil efficit: nec numerus est; sed inanis, exillique circulus. Sic enim omnia sub caelo, per se nude spectata, inania sunt; parvique immo nullius valoris & pretii. Rursum, quod magis ciphram solum multiplicat, eo inania plura inania coarctat. Sic pariter quo plures opes & cetera, sicut ciphra O addita numero solido, eum adauget; sic, si vanitas veritatis, homo Deo adhaeret, & ad eius honorem opes in se vanas expendat; efficiet actus nobiles charitatis, elemosynae, aliarumque virtutum. Apud Cornelium in Eccl. 1.

Num. V.

Terrena sunt periculosa, noxia.

Ex Veteri.

Cumque speriretur vestitus, non calcabat. 3. Reg. 1. 2. Temporalia non calefaciunt in amorem Dei, & proximis sed potius refrigerant ab amore. Et quid mirum? umbras enim sunt, quae & splendorem, & calorem solis auferunt. Hugo Card. hic.

Defecerunt sicut fumus dies mei. Psal. 101. 4. Nonne vides etiam corporis oculos cum in fumo remorantur, lacrymas semper effundere? si vero potiantur florentibus pratis, & hortis virescentibus, multo majori aciei fulgore rutilare. Talis profecto est & mentis oculus: si in pratis spiritualis pascatur eloquiis, erit totus purus, & lucidus; si vero in fumum secularium negotiorum fuerit ingressus, ad innumera prorsus mala lacrymabitur, & hebetur. S. Chrysost. hom. 2. in Matth.

Vanitas vanitatum. Eccl. 1. 2. S. Hieron. vapor sumi. Nam res Mundi excoerant, & molestant, ut fumus. Diez conc. 2. in festo. S. Jacobi.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. II. 6. 1. oculos vero demittens vidit domum inferiorem repletam fumo. v. 4. Idem ibidem.

Sordes ejus in pedibus ejus. Thren. 1. 9. deponita est ornamenta, non habens consolatorem. Ib. Ecce tibi tota civitas luctui, fetui, tradita, sine consolatore. Sed unde hic fetus, & sine consolatore, lamenti causa? Sordes. S. Hieron. si non ad terrena, & lutea bona egrederetur, &c. Baeza t. 1. l. 5. c. 2. §. 2.

Ex Novo.

Si cadens adaveris me. Matth. 4. 9. Nihil vicinius bonis temporalibus dæmon invenit, quam casum, quam ruinam. Baeza t. 1. l. 3. c. 22.

Panam nostrum super substantialem. Eccl. Matt. 6. 11. Mox: & dimitte nobis debita nostra. v. 12. Quae debita? quae ex acceptione hujus dono temporalis contraximus. Quid enim terrenum, licet exiguum, non est occasio delinquendi? Tertull. hic c. 4. consequens erat; ut, observata Dei liberalitate (panam nostrum) etiam clementiam ejus precaremur. Quare erat consequens? quia vel parvus cibus solet occasione delicti ministrare. Efcobar t. 5. Proph. Chr. l. 5. sect. 2. obf. 6.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Spectanda putabam in divite messe cantilenas; verba laetitiae, & jubili: at non haec; sed quae anxietates, & molestias curas, ionabant. Quid faciam? S. Zeno l. de dupl. tentat. gen. quid, inquit, faciam? Quis non talem miseretur? quis non infelicitatem ejus doleat? angustiarum ex abundantia; confringitur ex opulentia; infelix in praesentibus, infelicitior in futuris. Et, ut video, agra ei non tam reditus largiores, quam genitus attulit graviores. Baeza t. 1. l. 5. c. 2. §. 2.

Fili, recordare; quia recepisti bona in vita tua. Luc. 16. 25. Haecine tota causa cruciatuum, quod receperis bona in vita tua? ipsa planè. S. Bernardus sup. ecc. nos. Sanè judex sententiam laturus, teo obicit crimina, delicta comprobata declarat; ob quae dignas poenas recipiat. Et ecce tibi epuloni tota causa cruciatuum; quod receperis bona in vita tua. Ubi sunt scelera illius? ubi fueras in pauperes? ubi æris alieni tenacitas? Omnia simul obicit crimina, qui bona illis temporalia enumerat. Baeza t. 1. l. 3. c. 22.

Fatigatus sedebat supra fontem. Joan. 4. 6. Non dicitur Jesus fatigatus, dum iter faceret, sed dum fedet super puteum. Puteus Mundi bona denotat: si enim homo post hujus saeculi vias, qui laborat ad bona comparanda; vult in eis sedere, & otio vacare, non requiem, sed fatigationem, & laborem, repetit. Sylveira hic.

Si dimittimus eum sic. Joan. 11. 48. O stultitia, & imprudentia! timuisti perdere terram, & perdidisti caelum. Timuisti, ne veniret Romanus, & tollerent tibi locum & gentem; nunquid tollerent Deum? quid ergo, restat! quid nisi, ut jam faceris, quid tenere voluisti, & tenendo male amisti. Perdidisti locum, & gentem, occidendo Christum; perdidisti & locum, & gentem; & Christum. S. August. in Psal. 55. Ecce Dei iudicium: ut, qui Deum propter remanquam deserit, ab omnibus deseratur. Sylveira hic.

De iis, quae tibi non profunt, te adeo fuisse sollicitum, erubescas, cum ex corpore exieris. B. Ilaia Abb. or. 15. Qui flumen aliquod tranat; nisi caput super aquas erigat, est in periculo submerisionis. De omnibus dici potest: in mari via tua; & semitæ tuae in aquis multae. Pf. 76. 20. Si in altum cogitationes, & affectus, non erigimas, in peccatorum undis submergemur. Diez conc. 3. D. 5. Pasch.

Num. VI.

Terrena vilia, brevia, paucæ, vana.

Ex Veteri, & Novo.

Vidi somnium; quod tria canistra habere. & in uno canistro portare me omnes cibos, qui sunt ante piscinam, necque comedere ex eo. Gen. 40. 16. Chald. & aves comedebant ea. Terrena, longo labore pacta, cito perduntur. Naxera in Jos. 15. §. 8.

Vitulus aureus non levi labore constitutus erat. Ex. 32. 4. quem arripens Moyses combussit. & contrivit usque ad pulverem. v. 20.

Operis vultum suum pallio. 3. Reg. 19. 13. Videns Elias gloriam Dei ante se transire, pallio oculos sibi obvelavit: quam primum enim quis gustat divinitatem, terrenis omnibus oculis claudit. Stella de cont. p. 2. c. 63.

Extende paululum manum tuam. Job. 7. 11. Sub vocabulo paululum intelligit dæmon omnia terrena bona, quibus florebat Job; ut interpretatur S. Gregor. mor. l. 2. c. 5. S. Thomas Aqu. Pineda &c. bona omnia Jobi vocat paululum, quia non animæ. Sylveira in Matth. 16.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus. Psal. 8. 8. Ut contemneremus, & calcaremus: nos vero ea tanti facimus; ut super caput ponamus. Diez conc. 2. in festo. S. Jacobi.

Super pauca susti fidelis. Matth. 25. 21. Quae illa pauca? certe omnia illa, quae in hoc Mundo pretiosissima aestimantur. Omnia, quae aut animæ, aut corporis, ministerio assignata, hde-

fideli usi ab homine sic tractantur; ut virtutum incremento, & divini beneplaciti obsequio deperant. Cur ergo pauca dicuntur, quae sunt innumera? Eusebius Gallicanus hom. de Nat. Conf. nota, quod pauca Dominus reputat, quae in hoc Mundo meliora habemus: quae in re illius regni divitias inaffimabiles esse offendit. Ramirez in Apoc. 2. ep. 2.

Pete à me, quod vis licet dimidium regni mei. Marci 6. 22. 23. Vide, quam bene facilius de secularibus judicent potestibus; ut etiam pro salutatione regna donentur. S. Ambros. l. 3. de Virg. c. 5.

Anima mea habes. Sicut, hac nocte. Luc. 12. 19. Non poterant non exigua esse possessionis spatia; cum tam proluxa fuerint ambitionis tempora. Cyrillus in Catena: fructus quidem habes in horreis; sed annos plurimos unde poteris obtinere? dives inguit non parat permanentia horrea; sed caduca; & quod stultius est, vitæ longiudinem sibi taxat. Naxera in Jos. 5. §. 6. Notandum: quod omnia, quae in praesentia habemus, licet magna videantur, & plurimæ, tamen comparatione futurorum pauca, & parva sunt. S. Hieron. apud Did. Nyss. D. 5. Pasch. §. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Quaquaversum se vertit anima hominis; ad dolores figurat alibi, praeterquam, in te; tamen figurat in pulchra extra te, & extra se: quae tamen nulla essent, nisi essent abs te: quae oriuntur, & occidunt, & perfecta senescunt, & intereunt, & crescant, ut persciantur; & omnia intereunt. Ergo, cum oriuntur, & tendunt esse, quod magis celeriter crescant, ut sint; eodem magis festinant ut non sint. S. Aug. Conf. l. 4. c. 10.

Quid caduco huic, Mundo laboras? cur perforato aquam dolio ingeris? nihil enim aliud est, in praesentibus istis laborare; quam flammam discerpere, quam pugnis aera cedere. S. Chrysost. hom. 77. in Matth. 22.

Quidquid finem habet, non admodum pretiosum est: quidquid cessat, & hodie est: cras desinit: etiam maximum, quam vilissimum, est existimandum. S. Chrysost. hom. 43. in Joan. 6.

Cum sol ad occidentum pergit; quod magis occidit, eo magis umbræ acreferunt. Quaecumque res corporea, etiam exigua, umbram magnam efficit. Cum vero sol in meridie est, omnes umbræ sunt minima. Sic contingit nobis: quod enim magis Deus à nobis recedit, eo majores nobis apparent res, & honores Mundi. Transferunt omnia tanquam umbra. Sap. 5. 9. Quando vero Deus in medio hemispherii, id est, cordis nostri commoratur; tunc omnes umbræ sunt minima. Cum enim sic possideatur, illuminetur, & à Deo inlucetur; omnia minima, & quasi nihil, esse ducit. Et hoc est, quod sponsa significat. Cant. 2. sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Arbores sylvarum sunt robora, rubus, ilices, & quercus; & sicut fructum non profertur. Vult ingit dicere: quidquid est in Mundo, praeter Deum, animæ est fructus sylvarum, glandes duræ, & amara. Diez Dom. Palm.

Num. VII.

Terrena spernentium dignitas, honor.

Ecce constitui te Deus Pharaonis. Ex. 7. 1. Quid causæ? cur Moysè tam graviter, & tam frequenter, Egyptum verberante, increpate Pharaonem tam sepe; nunquam ausi sint, vel percussit Egypti, vel Rex oburgatus, eum occidere, vel regno pellere? Poterat licet dubio tyrannus, ut se liberaret pœnis & minis, praecipere uti ei stipatoribus, ut Prophetam occiderent. Id nemini in mentem venit: quia spes abjecta obtinendi imperii, & Regia fortis egressio, & ipsa dominationis fuga, sic venerandum faciebant, & afflictis subditis, & irato principi; ut nemo eum ferire, vel verbo percellere ausus. S. Ambros. l. 8. in Pf. 118. factus in Deum Regi Pharaoni: haec est potentia sanctitatis. Et tu, si vis tanquam Deus peccatoribus terrori esse subjectus; contemne, quae Saeculi sunt, & Domine Passiois opprobrium contemne omnibus praeferre divitiis. Olivat. 3. conc. 31.

Ego dixi: usi estis. Pf. 81. 6. Quibusnam dixit Dominus? iis qui, quoad ejus fieri potest, mortalia omnia repudiant. Clement. Alex. l. 2. Strom.

Ostendit ei omnia regna mundi. Matth. 4. 8. Author. Imp. op. hom. 5. in Matth. in persona diaboli ostendam illi omnia regna Mundi. Si concupierit ea? scio, quia homo est: si autem contempserit; scio, quia Filius Dei est. Qui vere orat. Pater noster, qui es in caelis, terrena non quaerens; magis filius Dei, quam hominis est. Filius hominum, usquequo diligit vanitatem? Pf. 4. 3. Barradius hic tom. 2. l. 7. c. 4.

Ego misit Angelum meum. Matth. 11. 10. Angelum appellavit, quasi angelicam degegent vitam: ad quod super terrena elevabatur, & caelestia sapiebat. Euthymius apud Efcobar. t. 3. Coll. Chr. l. 1. sect. 2.

Princeps regum terra. Apoc. 1. 5. Appellatur: quia peculiariter in illos dominatum obtinent, quia terrenis cupiditatibus imperare didicerunt. S. Andreas Casar. f. 1. hic.

Quis non solum esse mallet, & non sub terra? quia non eligeret potius esse angelus, quam talpa semper in subterraneis latebris agens? Angelus est iis, cujus cor in caelo versatur; talpa ille, cujus in terra cor desolatum. Theodoretus apud Sylveiram addit. in Luc. 12.

Num. VIII.

Terrena spernentium utilitas, praemia.

Egrede de terra tua. Gen. 12. 1. Abraham, Dei iusti terram suam relinquenti, promittuntur septem praemia: quo numero universitas praemiorum significatur. Mendoza in 1. Reg. 6. Annot. 21. Sect. 2.

Levo manum meam ad Dominum Deum. Genes. 24. 22. Perfecte mentis est, nihil de terrenis, nihil de corporalibus, illecebris assumere, abstinere à terrenis. Ideo Abraham dicit: nihil sumnam ab omnibus tuis. Quasi contagium, declinat intemperantiae, quasi labem refugit corporalium desideriorum: delectationes Mundi rejicit, quaerens quae supra Mundum sunt: hoc est extendere manus ad Dominum. S. Ambros. l. 2. de Abrah. c. 8. Merces tua magna nimis. Gen. 15. 1. Quia de praeda nihil accipere voluisti; ideo ego protector tuus contra hostes tuos. Hugo Card. hic.

Omnia locis, quom calcaveris pes vester, vester erit. Deut. 11. 24. Quantum est humilitatis dominium, omnia habere sub pedibus per generosum contemptum. Gerfon. p. 2. l. in cena Dom.

Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. 9. Si vis habere Patrem Deum, in oculos specta, & non in terram. Theophylactus hic.

Necesse habeo exire, & videre illum. Luc. 14. 18. Quid ea necesse videre, quorum contemptu beatificamur promissio? ne regni caelorum. Quid necesse videre terrena, quorum contemptu caelestia tribuuntur? Quid necesse videre illa, quorum contemptu cum Angelis portio nostra statuitur? Quid necesse videre, cum nunquam planè habentur, aut ex tota copia, seu ex modica mora: nec habita faciant; imò saepe salutiunt; cum Paterfamilias omnium magnam vocat ad cenam. Sim. Cass. l. 6. c. 19.

Misericos Dominus, quando nos videt despiciere praesentia, etiam ipsa largius suppeditat; reponitque plurima, quibus olim fruemur. S. Chrysost. hom. 35. in Gen.

Ille plene omnia terrena possidet, qui omnia hujus Mundi plene despicit & contemnit. Sanct. Bonaventura Scim. an. c. 1.

Num. IX.

Christi exemplum, & monita.

Filii hominum, usquequo gravi corde. Pf. 43. & scitate, quoniam misericordie Dominus Sanctum suum. v. 6. Hæc est potissima ratio, cur deberent homines non amplius inhaerere temporalibus: quia videlicet venit ad nos Sanctus Dei, id est, Filius Dei. Bellarminus hic.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. id est, converse ad me faciem tuam, quam à me averfam habes: averte illam à terrenis rebus, quas plus, quam me, amabas: ut tu me deinceps respicias, & ego te. De Ponte hic. Exh. 26. §. 3.

Egre dimini. Filius Sion. Cant. 3. 11. id est, egredimini ab operibus pravus, concupiscentiis tumultibus, & rerum terrenarum curis; & tum tranquille Regem vestrum videbitis. Vacare, & videre. Pf. 45. 11. Idem hic Exh. 34. Egredimini animæ fideles à Mundo, & corde sursum ascendite in caelum: avertite oculos à terrenis. Idem ibidem.

Vultu vestri cor meum, in uno oculo tuo. Cant. 4. 9. Duo sunt visus, sive oculi; unus, quo superna contemplantur; alius, quo transitoria atque terrena. Vultu vestri cor meum q. d. anima! que soror mea dici meruisti, ex quo carnem sumendo me tibi fratrem feci; & quam sponfam elegi, cum te mihi in amore, & voluntatis unitate conjunxi: in eo, quod æterna potius, quam terrena, cordis oculis vides, & quaeris; tantum me lætificas & grata fit; ut amor tuus cor meum vulneret, & nimitate sua penetret. Richardus à S. Viç. c. 27. in Cant.

Paravit Deus vultum. Jonæ 4. 7. Ambitiose hederæ, quæ umbra sua æstuantem Jonam protegebat. Vermis ille Christus crucifixus. Ego sum vermis Pf. 21. 7. quasi siccifolius: florulentissima sæculi bona quæ hominibus antea pro umbra, imò pro vita erant; ab ipsis postea, Crucis Christi humilitate edoctis, pro nihilo ducenda esse. Prædixit illa. 2. 18. Incurvabitur sublimitas hominum. Incerto Authore.

Surgite, omnes hinc. Joan. 14. 31. Praecipiens, ut uniusquisque fergat de terrenis; erigat animam humi jacentem; ad superna attollat: excurret aquilam suam; & illam aquilam, ad quam dictum est: reconvabitur ut aquila juvenens tua. Pfal.

102. 5. ad animam hoc dictum est. Anima ergo nostra, sicut quila, alta petat, supra nubes volat, renovatis splendescat exiis, caelo volatus suos inferat, ubi laqueos incidere non possit. S. Ambros. l. de bono mortis c. 5. Hortatur nos Salvator dicens: Surgite ex nunc: non eos tantum, quos ranc discipulos habebat, sed et illos duntaxat loco transferens; sed & semper, & omnes discipulos suos, a terra, rebulque terrenis, ad caelos, & res caelestes petrahens, S. Gregor. Naz. orat. 6.

Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Philipp. 2. 8. Cur sic? ut elevatus a terra, id est, ab omnibus, quae terreni homines quzerere possunt, traheret ad, se omnia, tam exemplo tali, quam auxilio invisibili. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Quis beatam vitam esse arbitretur in iis, quae contemnenda esse docuit Filius Dei? S. August. l. de agone Christiano c. 11.

Omnia bona terrena contempsit homo factus Dominus Christus; ut contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit, quae sustinenda praecipiebat: ut neque in illis quzereretur felicitas; neque in illis infelicitas timeretur. S. August. l. de Catechiz. rud. c. 22

Num. X.

Exempla Sanctorum.

Stidit vestimenta sua. Job 1. 20. Ob hoc confudit, ut expeditior, atque constantior, extitisset in praelio, ut illa, quae retardant, deponeret; ut illa, quae impediunt, a se projiceret. Origenes hic.

Perseveravo me, & vulneravimus me: vulnera pallium meum custodi matorum. Cant. 5. 7. Non nullo ante indelicium offendit; & fortiter adeo brachii charitatis adstringit; ut separari non velit. Tunc enim, nec dimittam. Cant. 3. 4. Cur, quae Sponsium adeo tenet ut eo spoliari nequeat, pallium fixo adeo non tenit, ut nudari, nequeverit? O digna sponsae caelestis studia? vulnerari, spoliari, contemnit: hoc solum timer, ne a sponso vel tanillum separaretur: quia aequa estimatiois lance res ponderat. Solum quae amore digna, studioso complectitur; alia generose aspernatur. Tulerunt pallium meum; non rapuerunt: quia laud in vita reliquit. Nazera in Job. 17 §. 12.

Memento mei Domine. Luc. 23. 42. O latronis philosophia! non petit pecunias, non solvi supplicio, non poenaliberari. Non ait illi, depone de cruce: nihil haec curo supplicia: futuriores assumpti alas, alios oculos accepit. Terrenam universam, nihil facio, mortem contemno: adest enim, qui largitur immortalitatem: illum enim cupio, ejusque desiderio aucto. S. Chryl. orat. in sancta lumina.

Mantia ergo - occurrit. Joan. 11. 20. Dimittit Martha domum, dimittit sororem, dimittit consanguineos, & amicos; dimittit, qui humane veniant prestare solamina: & inconsulta venit; cum superio em potentia, & virtute; advenire cognovit. Dimittuntur bona, cum meliora proveniant; & ina pro summas, terrena pro caelestibus, humana pro divinis, dimittere ratio sic sana docet. Summa Christus est causa, ut omnia sunt repudio, cum advenit. Et humana consolatior ubiatur, ut se promittit adeste divina. Sim. Cass. l. 5. c. 15.

Num. XI.

Terrena sperandi varia motus.

Filius meus, & Filius, atque greges tui; & omnia, qua curam; mea sunt. Gen. 31. 43. Sicut opinor, Jacob valde risse Labanum dicentem, liberos, greges, omnia denique sua esse. Philo Jud. lib. de Cherub.

Locus nostrum, & gentem. Joan. 11. 48. Prudentes omnia Mundi bona in mobilibus recentent; fatuus sunt omnia fixa, & stabilia. Magna amentia! quod gentem, & locum, sua vocant, suasque facultates; quas illovan solum usus permittat Deus; non dederat, urteputarent propria. Did. Nyss. fer. 6. D. 5. Quadr. §. 4.

Si cui aliquis quinque hodie ex are denarios offerat, quingentos vero aureos in crastinum spondeat; optionemque offerat, utrum as ad praesens sumere, an aurum maliet impostum? dubiumne est, quin praepet grandia illa munera cum parva munera? Tu quoque, brevis hujus, atque aeterna, vitae conditione perfecta, non cligas capere vilia; cum sperare possis pretiosa. S. Eucherius ep. Paran. ad Valerianum.

Utum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus; commodatis enim a Deo facultatibus utimur & quali precarii possessores sumus. Denique egredientes e Mundo isto, velimus, nolimus; hic cuncta relinquimus. Saivianus l. 1. Eccl. Cath.

S. IV.

Terrenorum amor, & amatores.

Num. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Benedixitque eis dicens: crescite, & multiplicamini. Gen. 1. 22. Oportet te volare, vel natate; si vis affigere perditionem. Cum Deus creavit aves, & pisces; dedit eis suam benedictionem: animalibus vero reptilibus non benedixit. Qui appetit benedictionem, non inordinate afficiatur rebus terrenis. Stella de cont. p. 1. c. 82.

Dimisit corvum, & non revertetur. Gen. 8. 7. Dicitur, quod cadavere aliquo illectus fuit. Hugo Card. in Pl. 42.

Sicut pulverem terrae. Gen. 13. 16. Isidorus Delusota. l. 3. ep. 296. notat posteros Abraham hic comparari pulveri terrae; stellis vero c. 15. 5. quia ex iis aliqui futuri erant sapientes, & sancti caelestes, sublimes, & illustres, instar stellarum caeli: alii vero insipientes, pravi, terrestres.

Dei tibi Deus de rore calis. Gen. 27. 28. Esau venator, dum esset foris, Isaac benedictionem amisit. Jacob autem benedictionem recepit, quia domi residebat. Venator est, qui temporalia toto orbe fugientia corde, & corpore sequitur. Hugo Card. in Luc.

Omne de volucibus, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Levit. 11. 20. Quod manibus incedit, immundum est; & quod super quatuor pedes semper graditur, immundum est. Manibus incedit, qui terrenis innititur; quique spem in illis omnem suam habet. Quatuor graditur pedibus, qui in res sensibus obnoxias incumbit; eorumque occupationibus principem animi partem. Unde sapiens ille Proverbiorum auctor ne duos quidem hominem sapientem habere vult pedes; sed unum tantum, eumque raro ad res corporeas movere. Subtrahit pedem tuum de domo proximi tui Prov. 25. 17. S. Nilus lib. Affect.

Lucerna, quae super eum est, extinguetur. Job 18. 6. Bene de lucerna hac non dicitur, quae apud eum est; sed quae super eum est: quia iniquorum mentem terrena gaudia possident; & sicque eam in voluptatibus absorbet; ut super ipsam sine, non apud ipsam. Justi autem, etiam cum prosperitate vitae praesentis habent, eam sub semetipsis premere noverunt. S. Gregor. mor. l. 14. c. 4.

In circuitu sui ambulans. Psal. 11. 9. Semper ambientes hona Mundi, & nunquam ad finem desideriorum suorum pervenientes. Bellarminus hic.

Moverunt caput. Pl. 21. 8. videlicet mentem rebus caducis, & mobilibus per amorem copulando. Moverit caput scilicet a Deo, qui mentem in mobilibus ponunt. Unde haec fuit poena Cain, qui scilicet tremor capitis. Hugo Card. hic.

Universum stratum, ejus versasti. Pl. 40. 4. Lectus dicitur amor temporalium, hinc versasti. Hugo Card. hic.

Divitia si affluant nolite cor appetere. Pl. 61. 11. Omnes, qui terrena sapiunt; omnes, qui felicitatem terrenam Deo praefertunt; omnes, quia sua quaerunt, non quae JESU Christi; ad unam illam civitatem pertinent, quae dicitur Babylonia mystice, & habet regem diabolum. Omnes autem, qui ea, quae sursum sunt, sapiunt, quae caelestia meditantur; qui eum sollicitudine in saeculo vivunt, ne Deum offendant, qui ea vent peccare; quos peccantes non pudet confiteri; humiles, mites, Sancti, justi, pii, boni; omnes ad unam civitatem pertinent, quae Regem habet Christum. S. August. hic.

Invici ejus terram linguens. Pl. 71. 9. Terram linguunt, id est, terram sapunt: hoc enim sapit unicuique, quod lingit; quibus in modum serpentis humus est esca pgnalis Cassiod. hic.

Qui descendit mare in navibus, facientes operationem in aquis multis. Pl. 109. 32. Homines, rejecta stabili, & nulli temperati exposita, vita; voluntate, & proposito, quasi mare effecti sunt. S. Gregor. Nyss. tr. 1. in Pl. c. 8.

Transivi ad contemplantiam sapientiam, errorumque, & stultitiam. Eccl. 2. 12. Voluptatem vocat errorem; atque circuitum: quod ad omnem ventum circumferantur bonafilla terrena; quae materiam suggerunt laetitiae, ac voluptati. Insanire enim videntur, ac esse sui oblit; qui in loco miseriae, & lacrymarum, latandum sibi esse falso existimant. Olympiodorus hic.

Oculi tui celum habent. Cant. 4. 1. Interior mentis sufficientia placitum aspectum facit exteriori, ut circa terrena oculos habeat columbarum: sicut in cupidis terrenorum appetitus facit oculos milvorum. Richardus a Sanct. Vict. cap. 15. in Cant.

Ex Novo, & Patribus.

Congregabit triticum suum in horreum. Matth. 3. 12. Granum tritici, non hordei, esse debes: hordeum enim pelliculam illam, qua operitur, difficile expellit: quoniam granum tritici facile exiit. Sic perfectum cor non alieni rei hujus seculi

Ex Novo.

est adheret inordinate; imperfectum vero vix se ab aliqua novit expedire. Diez conc. 2. in Comm. Virg.

Genium viperarum. Luc. 3. 7. Filii serpentis; qui pessimos, & frauduliosos, imitantur; qui terrena sectantur, quoniam terra illius est cibus: qui humanam habent prudentiam non divinam; non caelestem, sed omnino terrenam. Sim. Cass. l. 3. hic.

Erat inclinata; nec omnino poterat sursum respicere. Luc. 13. 11. Nil mentem magis onerat, quam istius Mundi sollicitudo; & cupiditas, vel pecuniae, vel potentiae: quod tibi demonstratur in Evangelio; cum legis, quia illa mulier, quae habebat spiritum infirmitatis, inclinata erat, ut sursum respiceret non posset: curvata enim erat anima ejus; quae inclinabatur ad terrena capiendi; & caelestem gratiam non videbat. S. Ambros. l. 2. hexam. c. 3.

Et ecce equus pallidus. Apoc. 6. 8. In hoc figurantur rerum terrenarum nimii amatores; quibus insidet diabolus. Pallidi sunt ex nimia anxietate acquirendi; timore, acquisita perdendi. Sequitur Infernus, nam habent ab eo hanc conditionem: quod sicut infernus nunquam dicit, sufficit; sic etiam nulla abundantia habent satis. Sylveira hic.

Vani, & fatui, remisso, & languente, volatu (qui mufcarum instar res hujus vitae reus, & exiles, circumlambunt) implicantur, & illigantur, quasi rebus quibusdam: delictis, inquam, honoribus, gloria, variisque cupiditatibus, velut quibusdam araneorum texturis, involvuntur: praeda, & esca facti illi ferz, quae per hae talia venationem instaurer solet. At si quis aquila praeditus, acutus ad lucis radios irretitorum mentis oculum convertens, seque ipsum in altum vibrans, in hujusmodi araneorum telas incidere: sola aura & impulsu pernicis volatus, loquax alarum impetu; quicquid occurrit, dissipat, & difficit. S. Gregor. Nyss. tr. in Psalmos c. 8.

Homo uxorem accipit, cum adionis terrenae suscipit curam: cujus si fedierit cognoverit: dat libellum repudii, & dimittit eam de domo sua. S. Rupertus Abb. l. 1. in Deut. c. 28.

Num. II.

Terrena amantur, proponuntur spiritualibus.

Ex Veteri.

Maledicta terra in opere tuo. Gen. 3. 17. Vide stoliditatem hominis, terrae, terrenique rebus, aut malis, verius dicam, incubantis. Nam si terra maledicta, ubi nulla securitas, nulla felicitas; sed infida, & infelicia, cuncta, sic adhaeremus illi: quid nobis fieret, si securi, ac felices, terram benedictionis plenam habitarem? Fernandus hic.

Ecce ejus me hodie a facie terrae; & a facie tua abscondat. Gen. 4. 14. id est, juxta Philonem: si temporalia a me tollis; spiritualia, quae offers, abjicio. Est enim impiorum hoc ingenium; ut plura temporalia, quam spiritualia faciant. Pinna Echol. 129.

Sacrificata Domino: oves tantum vestra remaneant. Exod. 10. 24. Cur oves retinere cupit? quia credebat, tanto amore suarum pecudum teneri, vel pecuniae ex illi colligendae; ut malum cum illis in servitute remanere, quam sine illis in libertatem redire: seu cum illis Pharaoni servire in Aegypto capere, quam sine illis Deo in deserto libero sacrificare. Imo putabat, si forte de Aegypto sine suis gregibus exirent, quamprimum in Aegyptum redirent: propensiores ad terrenas possessiones in Aegypto, quam ad caelestes pollicitationes in Palaestina obtinendas. Mendoza in 1. Reg. 5. Annotat. 19. Sect. 1.

Comor per singula capita. Ex. 16. 16. Coturnix cooperuit castra. ibid. 13. Coelestia in mensura volumus, humana sine mensura Manna Israelitis ad mensuram caelo demissum; coturnices sine mensura. Coturnix terreus cibus; manna Angelorum panis, caelestis annona. Ideo ad mensuram datur, ne fastidiant, qui in ipsa coturnicum faturatione esuriebant. Basilus Seleuc. orat. 33. eam libans coelum Judaei demittebat, ac intra modum gratia colitabatur. Aegre ferret in humanis modum: in caelestibus placebat. Anima nostra jam nubes super teo sibi levissimum. Oleaster ad 15. Numer. audis, quibus nos Deus, veluti parvulos, alere voluit, & quibus vellimus saturari. Vult ipse nos, ut filios, cibus delicatissimis emittit: nos autem, veluti rullici, volumus porcis, & aliis saturari. Ille nos ebat pane Angelorum, nos ventrem implere volumus siliquis porcorum. Naxera in Jos. 1.

Invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra. Eccl. Reg. 5. 4. Omnia sua bona spiritualia in uno Dagon Philiistinum ponebant: & nihilominus, cum eum dirutum, & contritum videbant, nihil movebantur. Verum cum agrorum fructus, in quibus suas divitias habebant, a muribus devoratos viderent; valde doluerunt, & respuerunt. v. 6. Sic bonis spiritualibus temporalia anteponimus. Mendoza in 1. Reg. 5. Annot. 19. Sect. 1.

Mitte te dorsum. Matth. 4. 6. hoc est, in terram, in terrena negotia: caelestia minime cura. S. Ambros. in Luc. 4. qui, relicta caelestibus, eligit terrena, voluntarium quoddam praecipitium vitae labentis incurrit. Barradius tom. 3. l. 6. cap. 11.

Ut quid perditio haec? Matth. 16. 8. S. Paulinus epist. 4. suo ipsius damnandus iudicio; quo triginta argenteis vendidit eum, quem mulier, ut ipse taxaverat, unxit trecentis. Sed in hoc perverfus, quod, ipsum vili estimans Dominum, unguentum illud caro estimavit. Sic multi magni estimant terrena, ut omni auro putent emenda; caelestia nihil pendunt Sylveira hic.

Intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. Stilla digiti extremi credit gehennae flammam extinguere, qui mensuris per totam diem ebrietatis non extinxit incendia. Sanct. Chryl. serm. 124. Qui epulebatur quotidie splendide, guttae aquam petit: cur non petit fontem? caelestia in mensura volumus, humana sine mensura. Naxera in Jos. 1. §. 37.

Quia homo amore visibilium ab invisibili amore cecidit, sola jam visibilia ex peccati poena cognoscit: eaque diligit, solis eis inharet; & invisibilia, quasi non sint, postponit. S. Bonav. de reform. mentisp. 1. c. 6.

Num. III.

Ex terrenorum amore dolor & labor.

Abiit tristis. Matth. 19. 22. Erat anima hujus colligata perfunctoris rebus; ideo contristatur, si aliter salvari non potest, quam quod amata dimittat. In omni enim re dimittenda tanta est vis doloris, atque tristitia; quantum amoris inferebat possessa. Nihil enim aliud est ita a regione lancia, ex quo trinitur amor possessae rei, quam dolor amissae. Sim. Cass. l. 9. c. 46.

Et plangeat te super eum omnes tribus terra. Apoc. 1. 7. Tribus terra vocat omnes terrena diligentes, & terrena Christo praeferentes. Richardus a S. Vict. hic.

Nunquam sine dolore amittitur, nisi quod sine amore possidetur. S. Greg. mor. l. 1. c. 4. Amare aliquid perituum, nihil aliud est, quam finaliter dolere. Quantum enim id, quod diligimus; gaudemus esse habitum, tantum etiam mox dolemus, cum est amissum. S. Cyrillus Apol. l. 1. c. 9.

O mors, quam amara &c. Si sic est amara fola memoria mortis, quid erit experientia? cum dolor ex amore cauetur. Necessa est, ut in morte tanto major fit dolor, quanto ad haec temporalia major est amor. S. Bonavent. f. 33.

S. V.

Terrenorum damna, pericula.

Ex Veteri, & Novo.

Et venit musca gravissima in domum Pharaonis. Eccl. 8. 24. Israelitica anima labathizat, dum, remota a negotiorum saecularium strepitu, lectionibus, & orationibus vocat. Aegyptiaca vero muscarum ingruentium infestatione percellitur dum terrenorum actuum inquietudine delatatur. Quid est enim in hac vitalaboriosus, quam terrenis desiderii auctore? quid quietius, atque suavius, quam hujus saeculi nihil profus appetere. B. Petrus Dam. l. 3. ep. 5.

Quis est homo? Deut. 20. 5. Voluit Dominus hos remitti ex castris ad sua; ne desiderio rerum suarum, quibus necdum frui fuerant, remitterent animos in praelio, fugamque caperent, cum sociorum scandalo, & periculo. Corn. hic.

Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho. Luc. 10. 30. Nota tempus, quo in latrones incidit, scilicet cum descendere, non cum ascendere. Scilicet eum relicta caelestium rerum contemplatione, ad amorem sublimitatum descendit: tunc a latronibus spoliatur, vulneratur. Tunc enim malorum spirituum ictibus patemur, cum a virtute ad vitam delatamur. Pinna Eth. 66.

Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ephes. 5. 16. Dies enim malos habemus, quando carnalia pro spiritualibus quaerimus, terrena pro caelestibus, pro aeternis caduca, praesentia pro futuris. Orig. hom. 1. in Judic.

Seduxit habitantes in terra. Apoc. 13. 14. Seducit illos, qui cordis sentum in terra, rebulque terrenis; perpetuo defixum habent. Quorum enim conversatio in caelis est, hos neque sensus, neque Anti-Christi potentia decipit. S. Andreas Cesar. hic.

Ex Patribus, & aliis.

O astutus consilium maligni Spiritus, & principis Mundi hujus quomodo cunctos ad momentanea; & corruptibilia haec pertrahit: in oblivione interim aeternorum bonorum homi-

hominem inducens. S. Ephrem de his, quæ præfens vita &c. Ad virtutem tendentibus magno est impedimento rerum af-

§. VI.

Terrena sunt stulticia, puerilitas.

Ex Veteri.

Da mihi de collisione tua. Gen. 25. 30. In hoc contractu signifi-

Parvulum occidit invidia. Job 5. 2. Parvulus dicitur, qui terrena diligit; magnus, qui sola æterna querit. Hugo Card.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Pl. 143. 15. sic judi-

Qui scilicet otium, stultissimus est. Prov. 21. 11. indiget corde,

Sapientis oculi in capite ipsius; stultus in tenebris ambulat.

Labor stultorum affligit eos, qui nesciunt in urbem pervenire.

Attende, ne sedulus in stultitiam humilitatis. Eccl. 13. 10. Sapientia, & virtus, nulli, licet potentissimo, ad scelus sub-

Ex Novo.

Quinque autem ex eis erant factus. Matth. 25. 2. Una pars Christianorum infipiens est, & in die Judicii stulta probatur:

Stultus. Luc. 12. 20. pro imprudens. Et verè imprudens: quia non providit sibi de necessariis ad salutem animæ.

Jericho. Luc. 18. 35. interpretatur lunas & designat mutabilitatem rerum temporalium: ex quarum amore excecatur, & stultus efficitur. S. Bonav. hic.

Ex Patribus.

Quid stultius? quam, relictis cœlestibus, ad terrena intendisse; & posthabitis perpetuis, elegerisse ea, quæ caduca atque fragilia sunt. S. Ambros. ep. 17.

An non extremæ dementia, & iniquitatis, est non tantum studii, ac sollicitudinis, in rebus spiritualibus ponere,

quantum circa temporalia, & fluxa, monstramus; S. Chryf. l. 3. adv. vituperatores vite monasticæ.

In hac vita nihil ab infantibus hi differunt, qui terrenas res, & breviter duraturas, tamquam in somniis suspicantur.

§. VII.

Terrenis præpone Christum, spiritualia.

De reze colis, & de pinguedine terra. Gen. 27. 28. Circa Jacob, qui posterioris populi figura est, id est, nostri, prima promissio cœlestis est torris, secunda terrena opimitatis.

Sumite psallum. Pl. 80. 3. id est spiritualia; & date tympanum, id est, temporalia. S. Thom. Aqu. sect. 3. in ep. Rom. 15.

Leva ejus sub capite meo. Cant. 2. 6. Leva est providentia Dei circa temporalia bona ad vite sustentationem: dextera verò providentia circa spiritualia, quæ conducunt ad vitam æternam.

Qui conjungens accepit puerum. Mat. 2. 14. Dion. Carthus. Cajet. Hugo, &c. opinantur, quod eadem nocte Joseph in Aegyptum discessit. Potius Joseph omnium bonorum suorum jacturam voluit ferre; quam, cum infantis periculo, fugam differre. Sylveira hic. q. 8.

Accepit de dextera scientis in throno librum. Apoc. 5. 7. sed cum in sinistra illius dextera sint, & gloria. Prov. 3. 16. Cur cœlestis ille Agnus nihil de sinistra præsumpsit? sed solum librum de dextera accepit: Rupertus valde notandum, quia veniens Christus in hunc Mundum per incarnationis mysterium, nihil divitiarum, aut gloriæ, de sinistra; sed tantummodo librum, five igneam Legem, accepit de dextera; bonam exemplum cunctis præbens Discipulis & credentibus in se: nihil divitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæsitivum in hoc Mundo. Tertull. l. de pat. c. 7. libenter terrena amittamus, cœlestia tueamur. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 13.

Accepit de dextera scientis in throno librum. Apoc. 5. 7. sed cum in sinistra illius dextera sint, & gloria. Prov. 3. 16. Cur cœlestis ille Agnus nihil de sinistra præsumpsit? sed solum librum de dextera accepit: Rupertus valde notandum, quia veniens Christus in hunc Mundum per incarnationis mysterium, nihil divitiarum, aut gloriæ, de sinistra; sed tantummodo librum, five igneam Legem, accepit de dextera; bonam exemplum cunctis præbens Discipulis & credentibus in se: nihil divitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæsitivum in hoc Mundo. Tertull. l. de pat. c. 7. libenter terrena amittamus, cœlestia tueamur. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 13.

Accepit de dextera scientis in throno librum. Apoc. 5. 7. sed cum in sinistra illius dextera sint, & gloria. Prov. 3. 16. Cur cœlestis ille Agnus nihil de sinistra præsumpsit? sed solum librum de dextera accepit: Rupertus valde notandum, quia veniens Christus in hunc Mundum per incarnationis mysterium, nihil divitiarum, aut gloriæ, de sinistra; sed tantummodo librum, five igneam Legem, accepit de dextera; bonam exemplum cunctis præbens Discipulis & credentibus in se: nihil divitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæsitivum in hoc Mundo. Tertull. l. de pat. c. 7. libenter terrena amittamus, cœlestia tueamur. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 13.

Fieri non potest; ut, quia ea querit, quæ Deo congruunt, humana quoque non assequatur. At omne studium, quæ ad vitam hanc pertinent, evacuatur: de spiritualibus autem

autem nulla ratio est: propterea terrena nobis pro voto non proveniunt. S. Chryfost. hom. 8. in ep. Ephel.

Talis est Deus noster: cum nos viderit nos affixos rebus secularibus, & caducis, tunc nobis ea largiunt. Cum nos viderit spiritualia proponentes, tunc & carnalia donat: ante autem nequaquam, nè quando avellamur à spiritualibus. S. Chryfost. hom. 10. in Hebr. 10.

§. VIII.

Terrena spernit, qui amat cœlestia.

Núm. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Immisit soporem. Gen. 2. 21. Nè ægrè ferret Adam, unam sibi de coelis eripi; licet in ejus utilitatem fieret, immisit Deus soporem, id est, castitiam, in Adam; ut hoc modo sopitus dolorem non sentiret. Potuisset quidem Deus ei costam etiam non sopito sine dolore eripere: sed docuit nos, quod, ut homines Mundum sine dolore relinquunt, sopiendi sunt: iis scilicet suadendum, ut divina meditentur. Hoc enim cœlesti somno ab humanis rebus sine dolore, imò magna cum voluptate, avellimus. Si hoc fomno sopitus non es; non modo costam, sed nè duo quidem minuta, sine dolore extorseris. Diez conc. 4. in festo S. Andree Ap.

Fenestram in Arca factus. Gen. 6. 16. Intellegitur fenestra, per quam lux admittitur, cœlumque suspiciunt. Qui enim in funebri illo ferretur homines illi, velut ante mortem sepulti, tam caliginosam vitam viverent sine ingenti illo solatio? quod coeli lumen præbere solet. S. Ephrem tom. 2. par. 1. 50. benè sentie de regno, ac paradiso; & mox res terrenas contemnit. Ferdinandus hic.

Ipsa vero claudicabat pede. Gen. 32. 31. Jacob, qui Angelum tenuit, uno mox pede claudicavit: quia, qui verò amore sublimis respicit, jam in hoc Mundo duplicibus desiderii incedere nescit. Uno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur. Et necesse est, ut alius maseletur: quia, mentis virtute crescente, oportet procul dubio, ut carnis fortitudo torpescat. S. Gregor. mor. l. 4. c. 30.

Fuit vir unus. 1. Reg. 1. 1. Perfectio viri in præconio ponitur unitatis: ut qui seculum potenter depicit, mentem non dividat, solis supernis inhiat; ac ea tantum, quæ de visione Conditoris terribi, æterna gaudia suspirat. Idem hic.

Junior sumus Tobias de valle piscis. Tob. 11. Et unde illar squamæ, & cocceas? ex herosce hirundinum cap. 2. 11. Excoecata mens terrenis fortibus quomodo sanatur? cœlestium meditatione. S. Chryfost. hom. 66. in Joan. si quis in cœlum spaserit; & quæ ibi præclara sunt, contemplatur fuerit; statim hanc vitam, multis plenam voluptatibus, contemnet, & nullius pretii esse existimabit. Confirma hoc piscis illius è quo sel, nomine, & proprietate. Ait enim Plinius l. 7. c. 32. Callionymus piscem, ad blugines abradendis, fellis succo conficere medicamentum probatissimum. Græcè hic piscis Uranocopus vocatur, hoc est, spectator cœli: Habet enim in capite lumen, quo fluidibus superiorum cœli spectat. Eccl. 2. 14. Sapientis oculi in capite, qui ea contemplatur, quæ in sublimi sunt. S. Chryfost. ad Efc. Sauciar amore divino illis oculis videt præsentium statum. Genesior t. 2. Perfec. Chr. l. 6. sect. 2. obl. 5.

Ex Patribus, & aliis.

Habitatio tabernaculorum, expeditum, & absque ullis impedimentis indicat eum, qui seinit ad Deum. Orig. hom. 5. in Exod.

Qui magno seruntur pelago pavidi nautæ, placidam sibi met autam impreati, fixa cœlo sidera respiciunt, terraque amissa tenent cœlum; sedentes ad clavum scilicet currunt. Erratica verò sidera sequi fugiunt; nè aut Syrtis naufragatos nunquam attingant. S. Rupertus l. 3. in Joan. 2.

Sicut, postquam in montium verticem ascenderimus, parva nobis, & urbes, & memia, esse videntur; & formicæ more nobis viri super terram ire videntur: sic, postquam supra celsam philosophiæ cogitationem ascenderit, nihil ter-

renorum percelere poterit; sed parva videbantur omnia, & divitiæ, & gloria, & potentia. & si quid aliud hujusmodi; cum cœlestia respiciat. S. Chryfost. hom. 15. ad pop. Ant.

Cum volucrum natura fit, ut per aera ferantur; nulla ibi copiosa suppeditatio efficere unquam, ad allicere cibum, ut natura suæ obliviscantur: semper enim libertatem amant. Cujus rei indicium est, quod omnes caveæ rimas omnibus penè momentis scrutantur; si forte invenire viam possint, qua in libertatem vindicentur. Quid per hoc nos docemur? nimirum ut nulla tanta rerum terrenarum copia sit, quæ hunc hujus vite carcerem expectandum nobis faciat; sed cogitemus semper, cœlum nostrum esse domicilium, nostramque patriam. Isidorus Clarius l. 1. or. 57.

Cor cupidi est quasi vas transversum: deberet enim habere, sicut latitudinem suam in natura, sic in moribus superius ad divina & cœlestia. Sed è converso cupidus tantam latitudinem cordis, & intentionis habet ad terrena, vel delectabilia: & ad talia os cordis ejus hiat, & aperitur. Sicut ergo vase erecto conservatur in eo, quod ponitur, transverso confunditur; sic &c. Broymard. Cor. cupidi.

Augustus Thuanus auctor est, & Henricum II. Gallia Regem Bononiæ agentem, allatum esse ex India orientali ab homine incognito, & barbaro, lapidem stupendam specie, & natura: videlicet lumine, & fulgore, coruscantem: quique totus ardere videbatur, splendore nullis ferè oculis tolerabili. Erat in eo mirabile, quod terræ impatientissimus: si cooperiretur, sponte sua, & vi facti impetu, confestim evolabat in sublime: contineri verò, inclusive ullo loco angusto, nulla hominum arte poterat; nulla forte inquirari. Figuræ species nulla erat certa, sed inconstans, & momento mutabilis. Contractari se non patiebatur; sed, qui contra obstitit, incommodum sentiebat. Ejusmodi lapidis qualitates, extra unam in constantiam, amulati nos docet: transformari à claritate in claritatem, terram desurgere, in sublimi animo evolare; teneri, ac concludi, tam exiguis terræ limitibus, & ejus sordibus inquinari nescios. Doultreman. l. 1. cap. 5. sect. 9.

Avis paradisiaca. Lem. Terra commercia nescit. Nostra autem conversatio in caelis est. Philipp. 3. 20. Piccinelli.

Num. II.

Exempla, & Testimonia.

Ex Veteri.

Ex omni ligno paradisi comedit. Gen. 2. 16. Ad eò enim contemplatione rerum divinarum absorptus erat, ut vix recorderetur cibi; nisi ei DEUS comedere præcepisset. Diez D. 4. Quadr.

Videtur in somnis scalam. Gen. 28. 12. Jacobum ostensio felicitatis æternæ, terrene fecit immemorem. Nam benedictione patris ornatus, de reze colis, & de pinguedine terræ; futurus Dux tribuum, & dominus; ablegatus in Syriam, mox prædicti, & propè jam traditi, principatus incurtus de pane solium, & veste cogitat. Si fuerit Deus meum, & desidero mihi panem ad vescendum, &c. Gen. 28. 20. Hunc recidere patris æguria? servanti sibi populi, & adoret te tribu. Gen. 27. 29. Unde ergo speranti purpuram, regnaque meditant, toga sufficit, & pani? Vidit in somnis scalam. Quæ subrepta in cœlum scalam mox Jacob descendit solo. Quod si somniata tantum æternitas, sceptra Jacobum docuit fastidire? quid in nos aget æternitas diu cogitata? Oliv. l. 5. Pasch. Propitius sit mihi Dominus, nè faciam rem hanc Dominus meo Christo Domini. 1. Reg. 24. 7. Vides thronum ab eo despectum humanum? vide, quam ardentem cupiat divinum: Plal. 54. 7. quis dabit mihi pennas, sicut columba? & volabo, requiescam. Quo involare desiderat? ad thronum illum, inquit Anastasius Sinaital. 6. anag. cœlestium volucrum sex alas habentium. Volucrum desiderabat fieri, qui dicebat: quis mihi dabit pennas sicut columbæ, quæ descendit in Jordanem? & volabo, & requiescam in illa requie cœlestium volucrum sex alas habentium. Vel cum Seraphinis de desiderio certat, cum pompam despicit humanam. Quam tunc cuperet volare ad alta, si æstimasset magis caduca Naxera in Jos. 45. §. 36.

Ad te Domine levavi animam meam. Pl. 24. 2. Levare, dicimus, sursum erigere. Ergo te terrena conversatione, vitæque carnalibus, ad Deum dicit Ecclesiam levasse animam suam, contemplationem scilicet cœlestium rerum, quæ semper Dominum plus animus intuetur: quia facillè humana despicit, qui divina conspexit. Cassiodorus hic.

Vidit impium superexcelsatum. & transivit? & ecce non erat. Plal. 36. 35. Quid illud est, quod transit justus? ut ista cesset elatio? Cum videmus extolli impios, & in nimiam superbiam crescere; transeamus & nos mente, & intellectu, ab iis, quæ videntur & temporalia sunt; & transferamus intellectum nostrum ad æterna: & tunc omnis mundialis altitudo corruiat tanquam in nihilum. S. Greg. Naz. or. 3.

Quo laborat sub sole. Eccl. 1. 3. q. d. ego Salo non, mentem elevans ad cœlum, ibique supra solem, vel in sol, meosum.

Spiritu constitutus; indeque in terram despectans; ac videns omnes homines, hominumque labores, occupationes, & studia; video omnia esse vana, nulliusque utilitatis. Quare eorum miseris iis inelamolo miseri mortales! video opera vestra, vestras fabricas, urbes, provincias, regna, imò totam terram, esse instar puncti, & centri; si cum vasta cœlorum amplitudine conferatur: video vos velut formicas discurrete, laborare, satagere, ut paucula grana convehatis, & in futuram ætatem recondatis. Omnibus ergo, & singulis inclamo: *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Cornelius hic. Iis, qui res terrenas in pretio habent, quia sunt Cosmographi; omnia hæc quæ in oculis incurrunt magna videntur: sed iustis, cum sint Astrologi, totus Mundus puncto unicominor videtur. Jacobus Suarez S. t. in Apoc. hæc est differentia inter Astrologum, & Geographum: hic, cum de terra agat, tanquam suæ scientiæ objecto, eam maximam esse describit; in regna, provincias, civitates, & oppida dividendo. Astrologus autem, qui cœlum meditatur, & de cuius astra pro objecto habet, affirmat, minimam stellam, quæ est in firmamento, universam terram magnitudine superare. Philipp. 3. 8. *existimo, omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam JESU Christi.* Quæ est illa scientia eminenti? Astrologia divina: id paulo post dicit: *nostra conversatio in caelis est.* Philo Judæus: Nilus, fluvius celeberrimus, cœlum est Ægypti. Cur Ægyptus Nilum, rem tam fluxam, pro cœlo habet? Seneca l. nat. qq. in Ægypto nemo aratorum aspicit cœlum. Didacus Nyfl. Phen. Græc. l. 5. c. 7.

Fortis est, ut mors, dilectio. Cant. 8. 6. Quia videlicet sic mors corpus interimit; sic ab amore rerum corporalium æternæ vite charitas occidit. S. Gregor. hom. 11. 30. Matth. 13.

Ficus non florebit, ego autem in Domino gaudebo. Habac. 3. 17. 18. *super excelsum deducit me viator.* v. 19. Ecce tibi media in jactura omnium bonorum? nil dolet iustus homo, nullam tristitiæ vocem promittit; quin gaudet, ob gaudia ventura. S. Cyprianus ad Demetriadem: vinea licet fallat, & olea decipiat; & herbis siccitate morientibus, æstuans campus arefcit. Quid hoc ad Christianos? quid ad Dei servos? quos paradisi iuvant, & quos gratia, & copia omnis cœlestis expectat? Exultant semper in Domino; & mala, atque adversa Mundi fortiter tolerant, dum bona, & prospera, futura prospectant. Isaac dum sub gladio alacer mortem expectat. Gen. 22. 12. DEO gratias meruit ab Angelo liberari, & parenti incolumis reddi. Sed Jephthe filia. Judic. 11. 39. minimè liberatur ab Angelo; sed vitam amittit; ac orbem, & tristitiam, relinquunt parentem. Quæ ratio hujus differentie? Anstias Nicens q. 36. nec pater erit dignus beneficio Abraham, post illam incredulitatem, & de voto penitentiam, & vestium dilacerationem, lamentationem: neque filia Isaac vita, post impium luctum, & duorum mensium ejulatum; ut quæ judicaret, hoc sacrificium esse quavis calamitate gravius. Ille Deo placet, qui in jactura temporali propter Deum suscepta non solvitur in plangtus; sed cœlestia spectans nullam corporalem calamitatem æstimat. Bæza t. 3. l. 14. c. 3. §. 19.

Ex Novo.

Assumpsit enim diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna Mundi. Matth. 4. 8. Miser! malus vis esse; sed non potes cupis tentare; sed nescis. S. Chrysol. l. 21. Quare? quia in montem celsissimum ducit, & à mundialibus rebus longissimè separare: Debuisset terrenis rebus inferere. Naxera in Jos. 18. §. 29.

Beati estis, cum maledixerit vobis. Matth. 5. 11. Et persecutio, & rapina bonorum, & famæ, honoris, & vitæ, jactura temporalis, potius latitiæ, quam doloris esse debent hominibus illis; qui sciunt, post hæc ad alia se perventuros gaudia, & vita æternam. Bæza citatus antè.

Domine, bonum est nos hic esse. Matth. 17. 4. Unam stillam dulcedinis gustavit; & omnem aliam fastidivit dulcedinem. S. August. l. 1. solil. c. 22.

Domine, da mihi hanc aquam. Joan. 4. 15. Jam oblita illius aquæ, ad quam venerat hauriendam, & delectata salubritate illius aquæ vive, quæ offerrebat, petit humiliter verbo. Vilescunt cuncta terrena, & quæ obliuioni traduntur, cum cœlestium placet auditus; & cum ad ea erigitur animus. Sim. Cass. l. 11. c. 11.

Venit ergo, & tulit corpus JESU. Joan. 19. 38. Non cogitabat dives sum, & divitias amittere possum. Theophylactus. Unde illi tam illustri ausu? Scribit Lucas 23. 51. *expellabat regnum Dei.* Sylveira hic.

Ascendit in superiora, ut eraret. Act. 10. 9. Petrus, quæ sursum sunt, quærebat, non quæ super terram. Ille ascendebat; ad illa tecta, ad illa fastigia, de quibus Dominus Matth. 24. 17. *qui in tello est, non descendat tollere aliquam de domo.* S. Cyrill. Alex. l. 9. in Ex.

Omnia detrimentum feci, & arbiter ut stercora. Philipp. 3. 8. Dixit postea: *nostra conversatio in caelis est.* v. 20. optime infertur: si est cœlestis conversatio, terrestrium erit contemptus. Diez D. 4. Quadr.

Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepisti; & cognoscens, nos habere meliorem, & manentem substantiam. Heb. 10. 34. Hi illud Augustini experti sunt: ibi fit mens; & hic erit requies. O confuso Christianorum! homines paulo antè ad fidem Christi conversi ita æterna cœli bona amabant; ut, cum propria bona diripi viderent; non solum nullum ex eo dolorem, sed etiam magnam lætitiæ percipiebant. Nos verò, quorum jam fides senescit, qua animi molestita, qua impatentia, quo dolore, adverstas suscipimus? Diez conc. 1. in festo Ss. Philippi, & Jacobi.

Ex Patribus, & aliis.

Qui sæculo renuntiasse se meminit, nullum sæculi diem novit: nec tempora terrena jam computat, qui æternitatem de Deo sperat. S. Cyprianus l. de lapsis.

Si consideremus, fratres charissimi, quæ, & quanta sunt, quæ nobis promittuntur in cœlis; vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque substantia, superne felicitati comparata, pondus est, non subsidium: temporalis vita æternæ vite comparata, mors est potius dicenda, quam vita. S. Gregor. hom. 37. in Evang.

Si æternitatem diligimus, cuncta temporalia in usu, non affectu possidemus. Sanct. Gregor. hom. 29. de tribus portis.

Qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus; etiam si blandum esse videatur. Idem l. 8. ep. 70.

Qui domesticus Dei est, exil est Mundo; qui conversatur in cœlestibus, peregrinus est terris. Sanct. Ambros. serm. 7. in Pl. 118.

Ecce quid faciunt Sanctis mali! capillos radunt. *Sicut novacula acuta fecisti dolorem.* PL. 51. 4. Qui quid capilli non superflue facti sunt à Deo in corpore hominum, sed ad aliquod ornamentum: tamen, quia sine sentia præcidiuntur illi, qui adherent corde Deo, sic habent ista terrena, tanquam capillos. S. August. in Pl. 51.

Pecudes omnes terrene sunt: ob hoc inclinatur ad terram. Sed alia est planta cœlestis homo: qui, quantum habitu figuræ, tantum dignitate, dilatat à pecoribus. Illorum facies dorsum flexa; tuum verò caput semper ad cœlum erigitur; oculi tui superna respiciunt. S. Basilii l. 9. hexam.

Tantò minus in peregrinatione temporalia diligimus, quantum ardentius ad cœlestem patriam aspiramus. S. Laurent. juv. l. de casto conn. c. 1.

Quisquis veraciter bona credit esse invisibilia, debet procul dubio fidei lux esse: ac am ex contemptu ostentare præsentium. Idem l. de regim. Pl. l. c. 22.

Gustato spiritus necesse est despicere carnem: affectanti cœlestia, terrena non sapient: ætens inhiat fastidium sunt transitoria. S. Bernardus ep. 121.

Si cœlum desideras, nihil tibi in terra fit negotii; non enim finit ipsa ad cœlum evolare. S. Nilus cap. paræm.

§. IX.

Terrena amans, spernit cœlestia.

Num. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Venite faciamus vobis civitates, & turris; & cujus culmen pertingat ad cœlum. Gen. 11. 4. Pyramis, & turris, in terra magna fundamenta, & radices jacit, & per magnum spatium inferiora circumdat: ad solo puncto tangit superiora: de supernis concupiscit minima; de inferioribus, de terrenis maxima. Inverte ordinem affectu tuo, juxta situm, & mensuram cordis: solo puncto terram attinge; & immenso spatio tanges cœlestia. Arcones in H. 1. Dic. 2.

Da mihi decimationes. Gen. 25. 30. In hoc contracta significatur, quod reprobi propter lentitiam, id est, temporalia, vendunt æternam hereditatem. Thren. 1. *dederunt pretiosa quæque pro cibo.* Hugo Card. hic.

In mentem nostram veniunt concupiscentias, & appetus, porrigit, & cepa. Gen. 11. 5. Quam arduum sit vel divinas non fastidire delicias, vel non hinc terrena; Filii Israel testati sunt: qui inter couritones, & manna cepas concupiscere serviles. Usque aded placet Ægyptum, & cœlum despicit: ut tedio fit manna, si fluat à cœlo; & cepæ sint in deliciis, si prope Nilum proveniant. Oliva l. 4. Strom. §. Ego hos campi.

Nec facias nos transire Jordanem. Num. 32. 5. Ruben, Gad, & dimidia tribus Manasse; quæ habebant pecora multa, cupiunt manere in terra Galaad ad ripas Jordanis. S. Greg. mor. l. 27. c. 7. qui jumenta plurima possident, Jordanem transire fugiunt: quia quos multa Mundi implicamenta occupant, habitationem cœlestis, patriæ non requirunt. Mendoza in 1. Reg. 6. 12. Annot. 19. lect. 1.

Ulguequid marcesis ignavia, & non intratis ad possidendam terram. Gen. 10. 3. Apparet, verissimum esse; præsentis habita-

bitationis commoditatis avertere animos omnium à propriam possessionum cupiditate. Masius.

Anima saturata calcabit favum. Prov. 27. 7. Anima divitum calcat favum: quia pro terrenis rebus spernit dulcedinem regni cœlestis. Salonus hic.

Notandum, quod per totum libellum hujus (Canticorum) textum, sponsa semper in domo, vel in lectulo, vel alio quolibet interiori loco, cum suo Dilecto manere concupiscat: ipse autem sponsus ad fornicata potius opera vincarum scilicet vel hortorum, amicum suam evocat. Nè si cuncta temporalia prospere currant; incolam præsentis exilii delectata, minus cœlestem patriam suspirat. V. Beda l. 2. in Cant. c.

Ex Novo.

Villam emi. Luc. 14. 18. Villa, bovis, uxor, cœnam claudere vocatis: Mundus, Cura, Caro, cœlum claudere renatis. Hugo Card. in Deut. 20.

Uxorem duxi, & ideo non possum venire. Luc. 14. 20. Non rogat ille, sed impotentiam veniendi pro ratione affert: quia animus, carnalibus delectationibus deditus, tam est ratione alienus; ut non roget, rationem sui haberi: omnino elongatur à spiritualibus. Cajetanus hic.

Capere simul omnes se excusare. Luc. 14. 18. Excusat se omnis, qui plus terrena, quam cœlestia diligit; etiam si ad cœlestia se tendere dicat. Glossa. Notum est, quia per multos, qui vocati fuerant; & hora cœne caperent exculare; contemptores significantur: qui plus terrena, quam cœlestia diligunt: qui amplius rebus corporalibus, quam spiritualibus, occupantur. Rupertus de offic. l. 12. c. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Animo vacare non potest, qui de corpore sollicitus est. B. Iñas Abb. or. 15.

Corpus opacum oppositum corpori luminoso, causat umbram: & quanto magis est corpus opacum, tantò majorem projicit umbram. Cum igitur Deus sit lux, omnis autem creatura terrena fit opaca; patet, quod qui aliquam creaturam amando inter se, & Deum, ponit, umbram facit: & quanto major est amor, tanto major est umbra. S. Bonav. C. 13.

Amor terrenorum impedit salutem. Navis adherens terræ ad portum non graditur; sed periclitatur. Sic, qui terrenis adheret per amorem, ad portum salutis non venit. Gemiani l. 9. c. 2.

Arbor plena fructibus, cœlo relicto, ad terram demittitur. Luna, cum maxime luceat, & plena est, maxime adest à sole: sic fides, cum plenus est opibus, cœlum non intratur. Christus solem non respicit. Hinc a signatis talentis, mox additur: *abii.* Matth. 25. 16. Et filius prodigus, accepta portione substantiæ, statim abii. Luc. 15. 13. Nec enim Deum agnoscebat dives. Quare principes in folio cum sedent, intersectam habent sulci partem inter cœlum, & caput: quasi nihil illis cum cœlo fit. Othavianus in Ecl. 5. 2.

Luna eclipsata. Lem. *Asterius umbra.* Avarus terram interponit sibi, & vero soli; unde continum patitur eclipsam. Hugo Card. in Prov. 28. Sicut terra interjecta luna lumen à sole auarit; sic animus obnubilatur intervenu viliorum rerum. Lipsius Cent. miscell. ep. 49. Picinelli.

Num. II.

Testimonia.

Ex Veteri, & Novo.

Transierunt in assellum cordis. Pl. 72. 7. Secundum alios: *in pulvum cordis.* Quia Mundi amator non desiderat, quod verum bonum est, & pulchrum; sed quod ipsi sibi pingunt, & fingunt, in corde suo perverso, bonum, & pulchrum esse. Bellarminus hic.

Veni separari hominem adversus patrem suum. Matth. 10. 35. Nisi separaverit à sæculo non copulabimur Christo. Igitur separari necesse est à visibilibus; si volumus invisibilibus sociari: & ab homine; si Deo conjungi fatigamus; non odio, sed spe conjunctionis ad melius. Sim. Cass. l. 9. c. 24.

Peccavi in cœlum. Luc. 15. 18. Quis peccat in cœlum? qui propter terram ipsum contemnit. Sim. Cass. l. 8. c. 40. Derelinquendo cœlestia, peccavi in ea; præteris ipsis voluptatem concupibilem; & præreligens cœlesti patriæ meæ regionem famis. Quomodo enim in aurum peccare dicitur, qui illi plumbum præfert; ita & in cœlum peccat, qui illi terrena præponit. Titus Botrensis.

Domus me reliquit, diligens hoc sæculum. 2. Tim. 4. 9. Chrysol. necesse erat, ut diligens sæculi voluptates derelinqueret cum, qui eas non amabat.

Ex Patribus, & aliis.

Esse quidem sine delectatione anima nunquam potest. Nam aut infimus delectatur, aut summus: & quanto altiori studio exercetur ad summam; tantò majori fastidio torpescit ad infimam: R. P. Spanner 107. Tom. 12.

quantoque acriori cura inardescit ad infimam; tanto tempore damnabili frigescit à summis. S. Greg. mor. l. 18. c. 4.

Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaveris terram; peregrinaris à Deo: si amaveris Deum; ascendis ad eum. S. August. in Pl. 119.

Necesse est, animam ad carnalia, & terrena, desicci; quæ à spiritali vita degenerans: ad cœlestia non aspirat. Blesens. ep. 111.

Miscellanea.

Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. &c. Gen. 49. 14. Habitare inter terminos dicitur; qui ita spiritalia, & cœlestia, curat; ut corporis, & necessarij alimenti, penitus non obliviscatur: & sic curat temporalia; ut non negligat æterna. Diez conc. 2. D. 1. Adv.

Dorsum quasi mala Punica facies. Ex. 28. 33. Hæc ex similitudine: in fronte gestabat laminam auream, in qua sculptum erat nomen Dei ineffabile. Ex. 28. 36. Nomen Dei quod in fronte gerit, pietatem, & virtutem designat; at malogranata omnium rerum copiam. Pinna Ethol. 180.

TITULUS IX.

S. THOMAS APOSTOLUS.

Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium Discipulorum profuit: quia, dum ille ad fidem palpando reducitur; nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. S. Greg. hom. 26. in Evang. Hominem palpat, & Deum vocat. Si mille codices ederet, non ita Ecclesiæ profuisset. S. Thom. Vill. l. in octava Pasche.

Etiam, & nos, ut moriamur cum eo. Joan. 11. 16. Ecce bonus committit; qui ad probitatem & socios animar; & velut lignitus carbo alios extinctos nititur facere redivivos; & à mortis pavore jam factus extraneus alios invitet ad mortem. Dignum omnino ratus, omnes milites, si expedit, mortem subire cum Duce; maxime modicum illum catervam, post cœlestis Ducis mortem, vita judicabat indignam. Propterea omnes hortatur ad mortem, si ipsi mori decreverit. Ac si diceret: quid nobis vita post Ducem? esse pretiosior vita omnium nostrum, quam Ducis, & Domini omnium? quid cum sequi cum stamur, si vult ad bella procedere: ubi nos non ante præmittit; sed ipse primus vult habere congressum. - Magna fidei, & amoris dardanio, erat in Thoma; qui timori mortis repudium dederat; & animabatque socios hujuscemodi timorem abicere. Sim. Cass. l. 5. c. 15.

Ardentis desiderii erat, non incredulitatis; quod Condiscipulis suis; qui, ipso absente, Dominum viderant, ait: *nisi videro &c.* Erat enim valde anxius, nè non & oculis frueretur eo, quod corde credebat. S. Gaudentius tr. de dedie. Basilic. SS. 40. Min.

Vide Domini clementiam: etiam pro una anima se ostendit, & accedit; ut salvet eam. S. Chryl.

TITULUS X.

TIMOR.

§. I.

Timor in genere, bonus, & malus.

Tres filii Saulis in Scriptura propriis nominibus distinguuntur. 1. Reg. 14. 49. Unus Isoboth, qui etiam erat Filius Saulis, prolixus tacetur, non nominatur. Cur? respondet Lyran. non nominatur Isoboth propter defectum magnanimitatis: quia fuit pusillanimis, & inepus ad proelium.

Noli timere. Matth. 10. 28. Considera, ut quid nobis in natura creavit timere mala carnalia. Non ut mala carnalia timeamus; sed ut, per timorem malorum carnalium, intelligamus: magis timenda esse mala spiritalia. Ut pote scis, quia malum est timere dolorem carnis: per hoc intellige, quia pejus est, dolorem animæ pati. Scis, quia malum est, confundi coram hominibus: per hoc intellige, quia pejus est confundi coram Angelis: quantum enim Angeli meliores sunt hominibus; tantò confusio peior illis, quam illa. Sylveira hic.

Peccatis coram omnibus argue; ut & ceteri timorem habeant. 1. Tim. 5. 20. Sicut meliores sunt, quos dirigit amor; ita plures sunt, quos corrigit timor. S. August. ep. 50. ad Bonifacium.

Fugitiva est mens subiecta terrori. Ennodius Dictione 1. Metus Magister est timoris. S. Greg. Naz. Proem. de vita sua. Aqua semper ima petit; & timor ad ima cogitationum deducit; & in inferioribus immoratur; atque loca horrenda, pavida, mente collustrat. S. Bernardus f. 1. D. i. post oct. Epiph.